hæredes ab inteſtato, non quaſi perſonas ex nuptiis offenſas, ſed quaſi inſtitutio nulla ſit. At in caſu fornicationis. *Auth. de reſtit. & ea, quæ parit §.fi.* non ita ſtrictis utitur verbis, ſed per verbum futuri dixit eiſdem ſubdendum pœnis. Tertio, quia quamvis *eod. §.fi.* pœnæ nubentis intra annum luctus extendantur ad eo anno fornicantem, ea reddita ratione, ne plus luxuriæ quam caſtitati tribuatur: non tamen oportet, extenſionem eodem modo verificari: ita ut ſi ſecundas nuptias eæ pęnæ afficiant, non expectata judicis ſententia, ſit idem quoque de fornicatione cenſendum: diverſa enim eſt ratio. Cum illæ culpa vacent: hæc autem grave delictum ſit: atque ita pęna fornicationis debet ſequi naturam pœnæ delicti, quæ eſt, ut aliqua judicis ſententia præcedat ad eam incurrendam. Et hoc eſt, quod decrevit ille textus, ut eiſdem pœnis mulctetur a judice vidua ſic fornicans, quas ipſo jure, utpote quæ non vere delicti pęnæ ſunt, incurreret ſecundo nubens. Nec judex concedat plus luxuriæ, quam caſtitati, quod non obſcure ſignificavit illis verbis futuri temporis: *Subdendam quoque aliis omnibus pœnis.* Quarto, quia non obſtat, quod Doctores oppoſiti (n. præc. videmus) pro ſe allegant, nimirum, cenſeri diſpoſitum a teſtatore, quod interrogatus vel advertens diſpoſuiſſet: id enim ita generaliter dictum a veritate deviat, cum voluntas corde retenta nihil operetur, niſi tranſeat in diſpoſitionem. Quare tantum verum erit, quando ex verbis teſtatoris aut diſponentis ita deducitur, ut dici poſſit non omnino omiſſum, ſed tranſiiſſe in diſpoſitione, ut cum *Baldo l.un.n.10.fi.C.de his qui ante apertas tabulas, & Ruino conſ.74.n.11.l.1.* docet multos referens, & latius probans *Mantic.de conject.ult.vol.l.3.t.19.n.5. & 6. Menoch. de præſum.l.4. preſum.35.n.20.* At cum maritus abſolute legari uxori, ex verbis legati deduci nequit conditio, niſi fornicationem admiſerit. Tamdem, quia huic ſententiæ favet doctrina Navarri & Bernardi, quam referam diſp.ſeq.n.42. dicentium, legatum a viro uxori ſub conditione non nubendi, minime amitti ea fornicante. Et ex dictis conſtat ſolutio ad rationes contrariæ ſententiæ.

12 Hinc deducitur primo. Si maritus uxori leget uſumfructum omnium bonorum, donec caſtam, honeſtam, & vidualem vitam ſervarit: & caſu quo voluerit ad ſecundas nuptias tranſire, leget ei centum, ſi vitam turpem ducat, eam perdere uſumfructum: at ſi poſt vitam illam turpem nubat, non perdere illa centum legata. Quia ea relicta ſunt ſub conditione, & in evento ſecundarum nuptiarum, quæ tunc implentur. Nec poteſt dici tacite revocata eſſe ex tacita teſtatoris voluntate (ut n. præc. probavimus.) Et ita docent *Simon de Prætis de interpret. ult. volunt. lib.1. interpret.1. circa legata dub. 10. num.121.*

13 Secundo deducitur, quid dicendum ſit de vidua fornicanti, an privetur proprietate bonorum ex prioris viri ſubſtantia acquiſitorum, & teneatur eam reſervare filiis prioris matr. perinde ac ſi ad ſecundas nuptias tranſiiſſet? communis fere omnium ſententia affirmat. Ducuntur, ne plus operetur luxuria, quam caſtitas. Contra *§.fin. authent. de reſtit. & eam quæ parit.* Secundo quia femina fornicans, ſive intra annum luctus, ſive poſt, incurrit omnes pœnas ſecundo nubentibus poſt annum luctus ſtatutas, (ut diximus n.7.) quarum una eſt hæc. Atque ita docent *Ripa l. Feminæ, in princ. in nova edit. q.15. n.25.Cod. de ſecund. nupt. & l. fin.q.26. n.98. C. de rev. donat. Natta repet. c. Quamvis pactum, de pactis, in 6. nu. 365. Joan. Lup. rubr. de donat. inter vir. & uxor. §.67. n. 2. & lib. 14. Tauri nu. 11. Garron. auth. Ex teſtamento, Cod. de ſecund. nupt. in nova edit. poſt 7. notabile, n. 47. & ſeq. Nicol. Arelat. l. Generaliter, C. eod. tit. q. 5. num.20. & ſeq. Ciſuentes lib. 15. Tauri, ad fin. verſ. Item dubitatur ſi prædicta mulier, Pinel. l. fin. n. 18. C. de bonis maternis, Tello lib.6. Tauri n. 21. Villal. in comm. opin. lit. B. num. 31. Ant. Gabr. 3. tom. comm. opin. lib. 3. tit. de ſecund. nupt. concl.1. n.12. & concl.3. n.10. & 11. Perez lib. 1. ordin. t. 1. l. 7. v. Veſtir por luto, Angulo de meliora. l.2. gl.1. num.6. Azebedo lib. 5. recop. l. 4. num. 10. & 11. & alii, quos hi referunt.* Et quamvis omnes hi DD. loquantur de vidua luxurioſe vivente: at idem ſentiunt, ſi admittat unicum ſtuprum, ut probat ratio, qua innituntur, nempe, ne plus luxuriæ, quam caſtitati tribuatur. Item, quia (ut notavi num. 2.) confundunt DD. quoad hoc, luxurioſe & incontinenter vivere, ac ſtudium admittere: & pœnæ ob unicum viduæ ſtuprum incurruntur. Et ita *Nicol. Arelatenus eadem q. 5. num. 20* proponit quæſtionem de vidua luxurioſe vivente: & tamen quaſi hæc confundens, *num. 14. verſ. Tum & Tertio, & verſ. Ex quibus reſtat*, explicat ob ſtuprum privari viduam proprietate horum bonorum: ſumpto argumento ex ſecundis nuptiis. Imo *Nicol. Arelatanus ea qu. 5. n. 21. & ſeqq. Bologn. addit. ad Matthesilianum de ſucceſſ. ab inteſtato, art. 2. principali, Ciſuentes lib. 15. Tauri ad fin. verſ. Item nota*, dicunt virum viduum inhoneſte viventem teneri reſervare bona, ex ſubſtantia prioris uxoris acquiſita, filiis prioris matrim. ſicut de vidua proxime dictum eſt. Et *Tello lib.6 Tauri n.25.* quamvis fateatur contrariam ſententiam in viro viduo eſſe ſatis æquam, ait tamen ſe timere ne ſecundum jus periculoſa ſit, & re late diſputata, tandem *n.26. in fin.* relinquit cogitandum, magis in eam ſententiam inclinans, ut eadem reſervandi bona obligatio habeat quoque locum in viro. Ducuntur ex doctrina *Bart. l. His ſolis, in fin. C. de revoc. donat.* dicentis pœnas ſtatutas contra ſecundo nubentes habere quoque locum in his, qui non honeſte vivunt: ubi cum in genere maſculino locutus ſit, comprehendit aperte virum. Et clarius id dixit *Ripa l.fin.q.26.n.98.C.de revoc. donat.* ait enim dicta de parentibus tranſeuntibus ad ſecunda vota, procedere etiam in parentibus turpiter viventibus. Ubi clare de utroque parente loquitur. Item, quia prorſus militat eadem ratio, nempe ne magis tribuatur luxuriæ, quam caſtitati. Cum enim vir tranſiens ad ſecundas nuptias, quæ caſtæ ſunt teneatur ea bona reſervare filiis prioris matr. (ut probavimus diſp. præc. n. 10.) ſi ad id non teneretur fornicans, plus tribueretur luxuriæ, quam caſtitati. Quare ſicut in femina fornicante id fatentur Doctores, quamvis in jure ea pęna expreſſa non reperiatur: quod tacite cenſeatur impoſita, juxta *d.l. His ſolis*: ob rationem traditam *auth. de reſt. & ea, quæ parit, §.fin.* ne plus faveatur luxuriæ: ita idem de viro ſentiendum eſt, in quo eadem prorſus ratio militat. Nec obſtat gravius delictum eſſe vitam viduæ inhoneſtam quam vidui: atque illam eſſe multo graviorem injuriam. Quod licet hoc abſolute & in ſe verum ſit: at leges non abſolute loquuntur, ſed per comparationem ad ſecundas nuptias, ideſt, eo quod non debet eſſe melioris conditionis luxuria, quam caſtitas. Quæ ratio prorſus æque militat in viro fornicanti, quamvis abſolute, & in ſe ejus delictum levius ſit. Sed *Pinellus l.ul.n.19.C. de bonis mater.* tenet contrarium in viro. Quia quamvis ratio illa, ne plus tribuatur luxuriæ, quam caſtitati, æque militet in viro viduo fornicanti. At ex alia parte eſt longe diverſa ratio. Quod mater ob feminei ſexus levitatem, & imprudentiam, ac judicii defectum, reddatur æque ſuſpecta filiis prioris matr. ſi tranſeat ad ſecundas nuptias, ac ſi fornicetur, fore in utroque eventu ut obcæcata poſterioris viri amore, ſit illis infenſa, & ſimiliter amore amaſii, ac bona dilapidet: & propterea jura conſulentia filiis, ſtatuerunt eam reſervationem, cum tranſit ad ſecundas nuptias: & cum ſit eadem ratio in fornicatione, cenſetur in illa idem tacite diſpoſitum. At in viro, utpote qui majori judicio, & prudentia, ac ſtabilitate pollet, non eſt eadem ſuſpicio damni filiorum, per fornicationem, ac per tranſitum ad ſecundas nuptias: & ideo diſpoſitum in his, non cenſetur tacite in illa diſpoſitum. Nec mirum, ſi in hoc eventu tribuatur magis luxuriæ, quam caſtitati. Quia aliunde ad id cogit ratio: qua non cogente intelligendi ſunt textus decidentes non plus luxuriæ, quam caſtitati tribuendum.

Ego autem exiſtimo cum *Ant.Gom.l.15.Tauri n.16.* viduam fornicantem non privari ea proprietate, nec teneri reſervare filiis prioris matr. nedum virum. Quod etiam in femina fornicante non militet eadem ſuſpicio, quæ fuit in cauſa hujus reſervationis, ac in ſecundo nupta. Ac proinde non eſt cenſendum idem tacite in utroque eventu diſpoſitum (ut n. prec. in fine, dixi de viro.) Et non eſſe eamdem ſuſpicionem, inde mihi perſuadeo, quod amor mariti ſit multo ardentior in femina, ac ſtabilior, & filii ex matrim. ſecundo geniti multo ardentius amentur, quam ex fornicatione habiti. Hi enim communiter exponuntur alendi, & rejiciuntur: & amor mariti quotidie augetur, amaſii autem ſæpe tepeſcit. Et quamvis in foro externo non careret hæc opinio difficultate: eo quod contraria ſit communis, ac tantorum Doctorum authoritate fulcita. At in foro conſcientiæ credo nullatenus eſſe locum huic reſervationi bonorum, ob fornicationem viduæ, donec ſententia judicis ea pœna damnetur. Quamvis dum tranſit ad ſecundas nuptias, eam ſent. non deſiderari dixerimus diſp. præc. n.2. Ducor, nam fundamentum, cui innititur hæc ſententia, nempe, non tribuendum plus luxuriæ, quam caſtitati, procedit accedente judicis ſententia: eo quod in luxuriæ pœnam ſit, ut ſatis n.11. probavimus. 14

Ultimo deducitur, quid in ea quæſt. ſentiendum ſit, an vidua fornicans amittat filiorum tutelam, perinde ac tranſiens ad ſecundas nuptias? DD. communiter ſentiunt eam amittere. Ducuntur ex *l. fin C. quando mulier tutelæ officio*, ibi: *Jurmentum autem præſtat quod ad nuptias non perveniat, ſed pudicitiam ſuam intacta conſervet.* Ubi promiſſio non tranſeundi ad ſecundas nuptias & pudicitiæ intactæ conſervandæ æquiparantur, atque utriuſque promiſſio exigitur a vidua tutrice filiorum futura. Sicut ergo violans promiſſionem priorem amittit tutelam: ita & violans poſteriorem. Secundo ex ratione *textus §. fin. auth. de reſtit. & ea quæ parit*, ne plus tribuatur luxuriæ, quam caſtitati: dicendo amitti tutelam per ſecundas nuptias, quæ caſtæ ſunt: non autem ob fornicationem. Atque ita fere omnes Authores docent, ſed quidam videntur explicare unum actum, dicentes viduam fornicantem amittere tutelam; alii autem loquuntur de vidua incontinenter & luxurioſe viventi. Sed utroſque exiſtimo idem ſentire, nimirum, deperdi per unicam fornicationem (ut ſimiliter n. 2. adverti.) Quia omnes innituntur deciſ. *d.l.fin.* quæ pudicitiam intactam ſervari poſtulat, quod vel unica fornicatione violatur. DD. ergo aſſerentes per fornicationem viduæ perdi tutelam ſunt *gloſſ. auth. Sacramentum verb. Contractis, C. quando mulier tutelæ officio, & ibi Salicet. n. 1. q. 2. Speculator, tit. de tutore, §. Nunc dicendum, n. 2. verſ. Item excipitur, Bart. leg. Si quis ſub conditione, n.26, ff. de teſtamentaria tutela, & auth. de reſtit. & ea quæ parit, §. fin. in fin. & auth. de nuptiis, §. Si autem tutelam, n.5. Bald. l. His ſolis, num. 4. C. de revoc. donat. Alex. de Nevo c. fin. num. 6. de ſecund. nupt, Ananias c. Qualiter & quando, el 2, §. Licet autem, nu. 12. de accuſ. Paulus l. Omnem, nu. 2. C. ad Tert. Garron. auth. Eiſdem pœnis, in nova edit. nu. 23, & 26,* 15

& 26. de ſecund. nupt. Guilliel. Bened. c. Raynut. de teſtam. §. Qui cum alia, nu.203. Nav. ſum. Hiſp. & Lat. c.25. nu.67. Greg. Lop. l.3. v. Maldad, t.12. p.4. Villal. in comm. opin. lit. B. nu.33. Perez l.5. ordin. t.1. fin. verſ. Idem dicendum erit, Azebed. l.5. recop t.1. l.4. n.14. DD. vero explicantes, ſi incontinenter & luxurioſe vivat ſunt *Abb. c. Uxoratus, num.2. de converſ. conjug. Decius c. Ex part. M, in nova edit. q.6. n.13. verſ. In 2. caſu, de appell. & ibi Sebaſt. Sapia addit. ad Abbatem, ſtatim in princ. Angel. Aretio Inſtit. de legitima patronorum tutela, §.fin. in fin. & Inſtit. de action. §. action. q.19. n.41. Hippol. l. unic. n.54. C. de raptu virg. Angel. de Gambel. tract. de teſtam. gl.96. nu.13. Joan. Lup. rubr. de donat. inter vir. & uxor. §.67. nu.14. Sylva nupt. l.2. v. Viduæ non eſt nubendum, nu.50. Roland. conſ.86. n.49. vol. 2. Avil. in proœm. c. Prætorum, gloſſ.1. n.40. Minch. de ſucceſ. creat. l.2. §.12. n.39. Molina l.1. de primog. c.9. n.46. Ant. Gom. l.14. Tauri n.13. Padil. l. Fideicom. nu.8. C. de fideicom. Pinel. l. fin. nu.18. C. de bonis mater. Ant. Gabr. tom.3. comm. opin. l.3. tit. de ſecun. nupt. concl.8. n.2. & concl.9. n.14. Surdus de aliment. t.7. qu.24. nu.18. Gutier. de tutel. 1.p. c.19. Gail. in obſervat. l.2. obſer.98. nu.16.* Et ex Theologis, *P. Molina tom.1. de juſt. tr.2. diſp.220. col.8. Emm. Sa in ſum. v. Curator, in fin.* Imo & per ſolos tactus inhoneſtos, ut mamillarum, oſcula impudica perdi tutelam, eo quod non ſervetur intacta pudicitia, aſſeverant *Gratus conſ.115. n.8. vol.1. Ant. Gabr. d. concl.8. n.3. & d. concl.9. n.15. Salzedo addit. ad Bernard. Diaz, reg.215. fin.* Et videntur ſentire hi DD. omnes allegati amitti tutelam ipſo jure. Cum doceant amitti, ſicut per tranſitum ad ſecundas nuptias, imo multo fortius. At per illum tranſitum perditur ipſo jure, & nulla judicis ſententia expectata (ut diximus diſp.88. nu.10.) Atque id expreſſe ſupponunt *Angel. de Aretio, Angel. Gamb. Hippol. Garron. Ant. Gom. proxime alleg.* inferunt enim ex hac ſentent. fore ut multæ tutelæ expiraſſent, ſi multæ ſecretæ fornicationes pateſierent. Supponunt ergo fornicatione admiſſa expiraſſe jam tutelam: idque ob id non mandari executioni, quod de fornicatione minime conſtet. Et in propriis terminis docent ipſo jure ceſſare. *Jac. de Belloviſo auth. de reſtit. & ea quæ parit, §. fin. in fin. Garron. d. auth. Eiſdem pœnis, nu.23. Navar. ſum. Lat. & Hiſp. c.25. n.65.* ubi addit viduam hanc fornicantem peccare lethaliter retinendo tutelam. Diſcrepant tamen inter ſe aliqui ex his doctoribus. Quippe aliqui non univerſaliter admittunt perdi tutelam per viduæ fornicationem, ſed quando ea commiſſa eſt, intra annum luctus. Ita *gl. auth. de reſt. & ea quæ parit, §. fin. in fin. ibi Angel. de Peruſio in fin. & n.7. verſ. Item pœnæ, Petrus de Monte acuto ibi, in fine.* Et videtur ſuſtinere *Speculator proxime relatus*: ait enim viduam, quæ peccavit in corpus tempore anni luctus perdere tutelam. Alii vero idem volunt, licet poſt annum luctus fornicetur. Sic *Bart. eodem §. fin. in fin. auth. de reſtit. & ea quæ parit, & ibi Jac. de Belloviſo fin. Garron. Roland. Perez, Azeb. proxime alleg.* Et clare ſuſtinent ceteri, cum indiſtincte loquantur.

16 Sed ut meam ſent. explicem, nulli dubium eſſe poteſt, viduum fornicantem non amittere filiorum tutelam, quod eam non amittat, ſecundam uxorem ducendo: & ita nulla hujus rei promiſſio exigitur ab ipſo tutelam aſſumpturo. Tota autem difficultas eſt de vidua. Et quidem in foro externo accuſatam de fornicatione, non dubito fore privandam tutela. Quia DD. omnes, quos viderim, id ſentiunt, (ut eos & non paucos retuli n. præced.) quamvis non videam textum id clare probantem (ut ſtatim eos expendam.) Nec ſit eadem ſuſpicio dilapidationis bonorum ob fornicationem, ſicut eſt ob ſecundas nuptias (ut n.14. probavi.) At ſobolis educatione abſque dubio privanda eſſet, ob malos mores, cum in matre educante honeſtatem morum petant jura, (ut probavi diſp.88. n.16.) At non teneretur ab educatione ſe abſtinere, donec judex privet, id enim nullo jure cavetur. Sed loquendo in foro conſcientiæ, & ante judicis privantis tutela ſententiam, exiſtimo eam non amitti per vitam luxurioſam, nedum per unam fornicationem, aut tactus. Ducor, quod *auth. Matri & aviæ, C. quando mulier tutelæ offic.* ſolum petitur a matre tutrice, ut renunciet ſecundis nuptiis, & Vellejano, & *l.4 t.16. p.6.* idem ſolum petitur, & *l.95. t.18. p.3.* proponuntur verba inſtrumenti, in quo mater aſſumit filiorum tutelam, & ſolum dicitur: *La qual dona Urraca prometio e juro a mi fulano eſcrivano publico recibiente por el huerfano, de non ſe caſar mientras juvieſſe ſus biennes e ſu fijo en guarda.* Quare *l. fi. C. Quando mulier tutelæ officio*, dum ait: *Juramentum autem præſtet quod ad nuptias non perveniat, ſed pudicitiam ſuam intactam conſervet*, non videtur velle fidem ſervandæ caſtitatis dandam eſſe, ſed videntur ea poſteriora verba intelligi juxta priora, ideſt, ut ſervet pudicitiam intactam a ſecundis nuptiis. Siquidem videmus alia jura clare ſolam abſtinentiam a ſecundis nuptiis poſcentia. Et confir. quia dato id ſtatutum eſſe; hodie eſt certum ſolam promiſſionem abſtinendi a nuptiis peti, ut conſtat ex textibus citatis, & ex praxi, de qua certior factus fui a Juriſperitis doctiſſimis & tabellionibus. Et fortius adhuc confirmo, quia quamvis ſimiliter exigeretur promiſſio pudicitiæ intactæ ſervandæ, ſicut abſtinendi a ſecundis nuptiis, non deducitur ex eo textu amitti eo ipſo tutelam, quod ea promiſſio violetur. Sed per ſecundas nuptias ideo ipſo jure amittitur, quia eſt textus expreſſus (ut probavi diſp.88. n.10.) At nullus eſt textus decidens amitti ipſo jure per fornicationem. Nec obſtat non eſſe plus tribuendum luxuriæ, quam caſtitati. Quia id ad fori externi pœnam ſpectat, quæ judicis ſententiam expoſtulat (ut late probavi hac diſp. n.11.) Quare concludo nullatenus peccare viduam inhoneſtam vitam agentem, retinendo filiorum tutelam, donec a judice ea privetur. Quod vel ipſa experientia teſtatur: nullus enim Confeſſarius (quod audierim) negavit abſolutionem viduæ fornicanti, nec omittenti tutelam. Cum viduas in id crimen labi non ratum ſit.

DISPUTATIO XCI.

An pœnæ, quas teſtatores in ſuis teſtamentis apponunt tranſeuntibus ad ſecundas nuptias, ſint correctæ jure canonico: & quando ex tacita mente teſtatoris, vel expreſſa, id legatum perdatur a conjuge turpiter viventi?

SUMMARIUM.

Pœnæ teſtamentariæ ſecundis nuptiis impoſitæ non corriguntur jure canonico, n.1.
An eæ pęnæ obligent in foro conſcientiæ ante judicis ſententiam, 2.
An conjux, cui uſusfructus vel aliud legatum relicta ſunt cum conditione caſte vivendi, vel alia, non parens conditioni teneatur reſtituere, 3.
Quid, ſi fornicatio ſit occulta, 4.
Conditio excludens nuptias valida eſt in utroque foro, reſpectu viduæ vel vidui, qui prius matrim. conſummarunt, 5.
Inſtitutus hæres vel legatarius ſub conditione negativa, quam cautionem debeat præſtare, ut legatum capiat. Et conditione non ſervata, an teneatur rem cum fructibus reſtituere, 6.
Legato facto alicui, donec fuerit vidua, aut donec caſta, an teneatur, ubi non paruerit conditioni, reſtituere fructus antea perceptos, 7.
Quid importent hæ conditiones, Si vidua erit, Cum vidua erit, Si vidua manſerit, Quamdiu, Quouſque, vel Donec vidua manſerit, Vidualiter vixerit, Viduitatem ſervaverit, Stante vel manente vidua remiſſive, 8.
An ſi conditio non ſit perpetua, ut, Dum erit vidua, exigatur cautio, 9.
An legato annuo relicto ſub conditione temporanea, debeantur fructus ultimi anni, quo ceſſat conditio, 10.
An legatum ſub conditione abſtinendi a ſecundis nuptiis poſſit intra annum peti, 11.
An uſusfructus, vel alimenta relicta a viro uxori, perdantur ea ſecundo nupta, 12.
Quot quæſtiones diſputandæ ſunt, 13.
An legatum ſub conditione caſte, & honeſte vivendi amittatur per tranſitum ad ſecundas nuptias? Refertur duplex ſent. 14. & 15.
Proponitur Authoris ſententia, 16.
Quid, ſi legatum ſub ea conditione relinquatur a filio matri, 17.
Quid, ſi a filiis viri præmortui, 18.
Quid, ſi ab aliis conſanguineis viri, 19.
Quid, ſi ab eo, qui erat arctiſſima amicitia viro conjunctus, 20.
An eadem dicenda ſint, ſi uxor, vel ejus filii, aut conſanguinei, aut filii viri relinquant viro ſub eadem conditione, 21.
Quid, ſi conjux ſic inſtitutus non conſummaſſet prius matrim. 22.
Quid, ſi legatum ſub conditione, Si lectum meum cuſtodierit, vel, Donec cuſtodierit, 23.
Quid, ſi tranſeat ad tertias, & ulteriores nuptias, an amittat legatum relictum ab extraneo, ſub conditione caſtæ vitæ, 24.
An viro legante uxori uſumfructum, quamvis tranſeat ad ſecundas nuptias, amittat illa legatum: ſi tranſeat ad ulteriores, 25.
Quid, ſi ſecundæ nuptiæ repugnarent ſtatui aut ætati viduæ, 26.
An mulier ex quavis alia cauſa effecta infamis perdat hoc legatum, 27.
Quid, ſi mulier nubat contra juramentum aut votum non nubendi, 28.
Quid, ſi ſecundæ nuptiæ cederent in dedecus relinquentis legatum ſub conditione caſte, & honeſte vivendi, 29.
Solvuntur argumenta, 30.
Poſt n.30. invenies alia ſummaria.

IN hac diſp. quædam certiora præmittenda ſunt, atque inde ad quæſtiones aliquot diſputandas gradum faciemus. Primo quidem præmittendum eſt pęnas a teſtatoribus impoſitas in ſuis teſtamentis tranſeuntibus ad ſecundas nuptias, non eſſe jure canonico correctas. Quia *c. fin. de ſec. nupt.* pœnas corrigens loquitur de pœnis legalibus, ut conſtat in illis verbis: *legalis infamiæ ſuſtinere jacturam.* Et paulo inferius: *Cum his præſertim ſæculares leges non dedignentur ſacros canones imitari.* Nec eſt eadem ratio, quia pœnæ legales auferunt lucrum, quod ipſæ leges non deferunt. At teſtator aufert lucrum, quod ipſemet concedit. Et quilibet rei ſuæ poteſt conditionem honeſtam apponere. Qualis eſt hæc: honeſtum enim eſt a ſecundis nuptiis abſtinere, *c. fin. 31. q.1.* Nam jure etiam civili reprobatur conditio retrahens a ſecundis nuptiis, quando primæ ſunt conſummatæ, (ut n.5. dicemus.) Et ideo docent *Garron. rubr. cod. de ſec. nupt. in nova edit. poſt 9. pęnam, n.22. & remed.4. contra pęnas ſec. nub. nu.125. & l.1. C. eod. 133. fin. verſ. Adverte tamen Jo. Lupus l.15. Tauri n.6. junct. n.6. Guilliel. Bened. c. Raynut. de teſtam. verſ. Qui cum alia, nu.166. fin. & nu.197. Covar. 4. decret. 2.p. c.3. §.9. n.11. Ant. Cuc. lib.5. inſtit. major. t.12. n.190. Mantic. de conject. ult. vol. l.11. t.19. n.2. fin. Ant. Gabr. tom. 3. comm. opin. l.3. tit. de ſec. nupt. concl.5. n. penul. Matien. l.5. recop. t.1. gl.2. n.14. Spino Specul. teſtam. gl. 14. principali, n.100.* 1

2 Secundo præmittendum eſt, quamvis regulare ſit pœnam minime obligare ante judicis ſententiam, id fallere in pęna a teſtatore adjecta, debetur enim ſtatim hæc incurritur, in foro conſcientiæ, nulla expactata judicis ſententia aut executione. Quod ea nec vere nec proprie rationem pęnæ ſubeat, ſed conditio ſub qua, & non alias teſtator legare voluit. Quod integrum illi eſt efficere, *l. Ab eo, C. de fideicom.* cum ſimilibus. Adde voluntatem teſtatoris omnino implendam eſſe. Quare ſicut in aliis a teſtatore diſpoſitis non deſideratur judicis ſent. ut executioni mandentur: ita neque ad pœnam ſuſtinendam. Tandem quia inter hæredem teſtamentarium, vel legatarium, ac teſtatorem, quidam initur contractus, Do ut des, vel, vel do ut facias: qui firmus redditur hærede vel legatario acceptante relicta: ac proinde ſicut acquiruntur dominium, & jus in illa per acceptationem: ita ſuo ſe conſenſu obligarunt ad conditionem illam ſervandam, eaque non ſervata reſtituendum, tanquam conditione deficienti: Atque ita tenent ex Juriſperitis *Abb. c. Raynal. n. 25. de teſtam. Cremenſis ſing. 7. Sylv. v. Legatum 2. fin. Armil. v. Pœna n. 1. Nav. ſum. Lat. c. 23. n. 62. ſtatim in princ. & Hiſp. c. 28. addit. ad n. 67. c. 23. & utraque ſum. c. 25. n. 65. Covar. 4. decret. 2. p. c. 6. §. 8. n. 17. v. Undecimo, Mexia pragm. panis, concl. 6. n. 107. Azeb. l. 2. recop. t. 1. rubr. n. 28. & l. 5. t. 1. l. 4. n. 18. Guttier. q. can. l. 2. c. 5. n. 16. Cenedo collect. 154. ad Decretal. n. 9. & 10. Zaval. in q. pract. q. 151. n. 7.* Et ex Theologis, *Cajet. ſum. v. Pœna, Sot. l. 1. de juſtit. q. 6. art. 6. in ſolut. ad 4. ſtatim in prin. Caſtro l. 2. de lege pœnal. cap. 11. pag. pen. Palac. l. 4. de contract. c. 5. col. 10. verſ. Secus eſt, Metina 1. 2. q. 96. ar. 4. col. 13. verſ. Præterea poteſt defunctus, fol. 878. Nieva ſum. tit. 104. ad fin. Valent. 1. 2. diſp. 7. q. 5. pun. 6. col. 17. verſ. Item intelligendum eſt, f. 963. Enriq. l. 13. de excom. c. 56. nu. 2. in comm. lit. VV. P. Molin. t. 1. de juſtit. tr. 2. diſp. 96. fin. Emm. Sa ſum. v. Pœna, n. 1. Salon. 2. 2. q. 62. ar. 3. contr. 1. col. 5. verſ. Ita vidua, Graff. 1. p. deciſ. l. 2. c. 11. n. 57. Lud. Lop. l. 2. de contract. c. 45. col. 3. verſ. Accedit etiam, & 1. p. inſtr. c. 295. col. 13. Beja in ſua ſum. caſ. 41. verſ. Nibilominus tamen, Manuel 1. t. ſum. 2. edit. c. 96. n. 4. Philiar. de offic. Sacer. t. 2. p. 2. l. 6. c. 22. verſ. Maritus uxorem, Vega 2. t. ſum. c. 32. caſ. 9. 1. t. c. 94. caſ. 2. ad fin.*

3 Hinc deducitur, conjugem, cui uſusfructus vel aliud legatum relicta ſunt, hac lege, ut caſte vivat, teneri in conſcientiæ foro uſumfructum ac legatum reſtituere defuncti hæredibus, ſi caſtitatem violet, quod expreſſe colligitur ex *auth. Cui relictum, C. de indicta viduis*, ubi ſermone habito de perſona, cui relictum eſt ſub conditione non tranſeundi ad ſecundas nuptias, & tranſiit, ſic dicit: *Contractis nuptiis res data vendicari poteſt, quod ſic admittitur, ac ſi ei relictum vel ordinatum non eſſe.* Et ita docent *Cajet. Sylv. Caſtro, Nav. utroque loco, Covar. Met. Enriq. Mol. Salon. Beja, Lud. Lop. utroque loco Mexia Graff. Man. Palac. Gut. Cened. Phil. Vega utroque loco alleg. n. præc. Azeb. l. 5. recog. t. 1. l. 4. nu. 18.* Atque idem dicendum eſt, ſi ſub conditione hæres inſtituatur, nam ubi conditioni non paruerit, tenetur in utroque foro hæreditatem reſtituere, quod militent rationes n. præced. adductæ. Et docent *Cremenſis, Covar. Caſtro, Molin. Palac. ibi alleg.*

4 Nec refert quamtumvis occulte non pareatur conditioni, ſed violetur caſtitas. Quia cum non ſit pęna hæc ad forum externum pertinens, minime petit delictum probari poſſe. Item quia deficit tunc relictum ex defectu voluntatis teſtatoris, qui noluit legare violanti conditionem. At revera violatur, ac proinde deficit voluntas teſtatoris, quamvis id occultiſſimum ſit. Succedet ergo obligatio reſtituendi relicta ſub ea conditione. Et ita docent *Cajet. ſum. v. Pęna, ad fin. & ibi Armil. n. 1. fin. Lara l. Si quis a libera, §. Si quis ex his n. 145. & ſeqq.* & maxime *n. 117. ff. de liberis agnoſc. Azed. l. 5. recop. t. 1. l. 4. n. 19. Canedo collect. 154. ad Decret. n. 9. Enriq. Beja Philiar. Vega utroque loco alleg. n. 2.* & favent reliqui ibi citati: quia indiſtincte loquuntur. Unde non eſt audiendus *Minchaca de ſucceſſ. progreſ. in præfat. l. 1. n. 98. ad fin.* qui ſingularis contra omnes, quos viderim ſuſtinet contrarium. Et ducitur ex pęnarum legalium ſimilitudine, quæ minime incurruntur, quamdiu delictum latitat. Sed diverſa eſt ratio, quod hæ pertineant ad forum externum: ac judicis ſententia indigeant, qui eam ferre nequit: ubi delictum non probatur. Quare non favet ejus ſent. *Pinel. l. ult. n. 4. C. de bonis maternis*, ubi diſcutiens an vidua luxurioſe vivens amittat privilegia & honores mariti, ſuſtinet partem negantem, niſi palam inhoneſta ſit. Quia hæc quoque pęna eſt legalis, ac fori externi ſententiam deſiderans.

5 Tertio præmittendum eſt, conditionem excludentem nuptias rejici quidem, quando is, cui imponitur, nunquam matrim. iniit, aut initum minime conſummavit: ſecus quando ſemel iniit, & conſummavit. Et hoc in utroque foro procedit, (ut probavi l. 1. diſp. 34. n. 30. juncta diſp. 33. num. 1.) Quare in utroque foro valebit conditio non tranſeundi ad ſecundas nuptias, viro vel uxori impoſita, qui primas conſummarunt, valet enim appoſita non ſolum viduæ, ſed etiam viduo (ut cum communi probavi contra Paulum, eadem diſp. 34. num. 31.) Quare *Matien. l. 5. recop. t. 1. l. 3. gl. 2. n. 14.* optime dicit, virum, cui uxor legatum reliquit, ſub conditione non tranſeundi ad ſecundas nuptias, illud amittere tranſeundo.

6 Quarto præmittendum eſt, qualis cautio deſideretur ad capienda legata ſub his conditionibus relicta. Quoties aliquis inſtituitur hæres aut legatarius, ſub conditione negativa, ut ſi non ſecundo nupſerit, ſi caſtitatem ſervaverit, (hæc enim quamvis appareat affirmativa, at vere eſt negativa, perinde enim eſt, ac ſi fornicationem non commiſerit) quia hæc conditio integre ſervari nequit ante inſtituti mortem, donec enim ſuperſtes eſt, poteſt illi contravenire, ideo jure cautum eſt, ne hæreditatis aut legati traditio differatur, ea eſſe tradenda poſt teſtatoris obitum, præſtante hærede vel legatario cautionem ea reſtituendi cum fructibus omnibus ab initio perceptis, *l. Mutianæ, & l. Heres meus, §. Qui poſt Mutianam, & §. Quamvis ff. de condit. & demon. l. Cum filius, §. Qui Mutianam, ff. de leg. 2. & l. reg. 7. t. 4. p. 6.* ubi *Greg. Lop. v. No quiſiere, & P. Molin. tom. 1. de juſt. tr. 2. diſp. 206. col. pen. verſ. Quando aliquis*, dicent ſufficere juramentum, quando quiſpiam præ paupertate fidejuſſori præſtando non eſt. Et ibi uterque tractat cum *Acoſta l. 2. ſeleſt. c. 5.* quale privilegium habeant libertas & cauſa pia ſub prædicta conditione legata: nec cautio dari poteſt. Appellatur autem cautio hæc Mutiana, quia a Mutio introducta eſt. Quare hæres vel legatarius poſtea non parens conditioni tenetur reſtituere rem cum fructibus inde a principio perceptis. Quod conditione non ſervata fingatur retro eum legatarium vel hæredem non fuiſſe. Sic habetur expreſſe *auth. Cui relictum, C. de indict. viduis.* ibi: *Quod ſic admittitur, ac ſi ei relictum vel ordinatum non eſſet.* Et notant *ibi Paul. n. 4. Jaſon n. 7. & reliqui ſcribentes, Molin. l. 2. de primog. c. 12. nu. 21. Mantica de conject. ult. vol. l. 11. t. 19. n. 21. alter Molin. t. 1. de juſt. tr. 2. diſp. 207. col. 2. verſ. Poſtea de jure*, & addit bene *Mantica eo nu. 22.* quamvis ſit annuum legatum, reſtituenda eſſe omnia percepta. Imo non ſolos fructus perceptos, ſed etiam percipiendos tenetur hic reſtituere, ut cum aliis docent *Molin. eodem c. 12. n. 21. Mantic. eodem n. 22.* Atque teneri etiam hunc reſtituere fructus, qui potuerunt percipi, tradunt *Paul. & Jaſon. proxime relati*, quod fingatur hunc retro fuiſſe prædonem, ac malæ fidei poſſeſſorem. At hoc non ita univerſaliter tenendum eſt, ſed quoad forum conſcientiæ temperandum eſt, quando eos fructus qui percepti non ſunt, vere percepiſſet is, cui ſunt reſtituendi. Quia in foro animæ poſſeſſor malæ fidei non tenetur ad fructus, qui percipi potuerunt, ſi dominus non erat percepturus, ſed ad ſolos fructus a domino percipiendos, ut cum aliis bene docent *Ang. v. Reſtitutio 1. verſ. Quis dicitur malæ fidei poſſeſ. Metin. q. 6. de reſtit. in ſolut. ad 2. Cov. reg. Peccat. 2. p. §. 6. n. 4.*

7 Hæc tamen intellige, quando conditio negativa eſt perpetua, ut ſi non nupſerit, caſtitatem ſervaverit: ſecus eſt, quando eſt conditio diſtributiva. Ut ſi alicui perſonæ legetur, quamdiu, vel quouſque, vel donec vidua fuerit, vel caſtitatem ſervaverit: in hoc enim eventu conditio dividitur, ita ut fructus perceptos dum vidua fuit, vel caſtitatem ſervavit, non teneatur reſtituere, ſecus de perceptis poſtquam conditioni non paruit, imo neque ſi fundus eſſet legatus, reſtituet fructus perceptos eo tempore, quo conditionem implevit, ut colligitur ex *l. Filiæ, ff. de annuis legat.* & argumento ex *l. Pater Severinam, §. ult. ff. de condit. & demonſtr.* & docent *Bald. l. Cum filius, §. Qui Mutianam, n. un. & ibi Imola ad fin. ff. de legat. 2. Salicet. l. fin. n. 3. cod. de indict. viduit. Aymon conſ. 300. n. 5. verſ. Tertio dubitatur, Ruin. conſ. 170. num 2. fin. vol. 3. Natta conſil. 159. nu. 17. Alciat. l. Stichum, nu. 12. verſ. Exiſtimarim, ff. de legat. 2. & rubr. ff. ſolut. matrim. in 13. Mantica de conject. ult. volunt. l. 10. t. 2. num. 14. & l. 21. t. 19. num 22.*

8 Utrum autem hæc verba, Si vidua erit, vel, Cum vidua erit, Si vidua remanſerit, Quamdiu, Quouſque, Donec vidua remanſerit, vel Viduitatem ſervaverit, vel Vidualiter vixerit, vel Stante vel Manente vidua, efficiant eumdem ſenſum, & inducant conditionem perpetuam, an ſolum ad tempus? Conſulantur *Mantica eod. tit. 19. a nu. 17. uſque ad 28. Menoch. de præſum. l. 4. tota præſum. 187.* & quos ipſi allegant.

9 Unde quando conditio eſt diſtributiva, ut Donec caſtitatem ſervaverit, nulla opus eſt cautione. Quia fructus ante violationem conditionis percepti legitime acquiruntur: percipiendos poſtea capiet is, qui ſucceſſurus eſt, non impleta conditione. Quare cum legatarius ille nil percipiat, quod reſtituere teneatur, non eſt cur cautionem præſtet. Sic *Salicet. leg. fin. num. 3. cod. de indicta viduit. Ruin. conſ. 170. num. 2. in fin. vol. 3. Mantica de conject. ult. vol. l. 11. t. 19. n. 22. ad finem.*

10 An autem relicto annuo legato ſub hac conditione temporanea, ac diſtributiva, debeantur fructus ultimi anni, quo ceſſat conditio: ut ſi vidua inſtituta ſit in annuo legato donec nubat, vel dum non nubit, an dandi ſint illi integri fructus illius anni, quo nubit? Diſcordant DD. nam *Imola l. Cum filius §. Qui Mutianam, n. unic. ff. de legat. 2. & Acoſta l. 2. Select. c. 18. n. 4.* ſentiunt non deberi ei fructus ejus anni, quo nupſerit. Secus (inquit Acoſta) relato Signorolo, quando obiit initio anni. Quia cum tunc per ipſam non ſteterit, debetur integrum ejus anni legatum. Sed verius eſt, in quocumque eventu deberi viduæ illi fructus ejus anni, quo nupſit. Quod initio cujuſvis anni ſpectetur, an conditio extiterit, ſufficiatque eam per momentum extitiſſe, (ut probavi lib. 1. diſp. 33. nu. 15.) Quare in legatis annuis ſat eſt cœptum eſſe, ut debeatur integre legatum, *l. Filiæ, & l. A nobis, ff. de annuis legat.* Sic tenent *Alber l. Defuncta, nu. 3. ff. de uſufr. & quemadmodum quis utatur, Jaſ. l. Divortio, in princ. nu. 7. ff. ſolut. matrim. Signorolus conſ. 66. Mantica de conject. ult. vol. l. 10. t. 2. n. 14.* Quod intelligit *Mantica eodem nu. 14.* cum *Bart. dict. l. A nobis, & Crotto l. Nemo poteſt, n. 54. in fin. ff. de leg. 1* quando annuum legatum ſimpliciter relictum eſt: nam ſi reſpectu alicujus facti a legatario exequendi, debebitur quidem legatum pro quota anni parte, qua legatarius id pactum explevit.

11 Quinto præmitto, legatum relictum a conjuge, vel a quocumque extraneo, ſub conditione non tranſeundi ad ſecundas nuptias, minime deberi, quamvis cautio præſtetur donec elabatur annus a teſtatoris morte numerandus: niſi ſpes nuptiarum deficiat, ut late diximus diſp. 87. n. 29.

12 Ultimo præmitto, legatum a conjuge abſolute relictum conjugi minime amitti per tranſitum ad ſecundas nuptias. Quia abſque conditione relictum eſt, ac nullo jure cavetur id amitti, niſi quando vidua intra annum luctus ſecundo nuberet. Atque id jure canonico correctum eſſe probavimus diſp. 87. n. 24. Et ultra DD ſtatim allegandos id fatentur *Covar. 4. decret. 2 p. c. 3. §. 9. n. 11. Acoſta l. Cum tale, §. Si arbitratu, limitat. fin. n. 32. ff. de condit. & demon. Aret. conſ. 40. n. 2. verſ. Circa ſecundam, Hippol. ſing. 577. in fin. & l. un. n. 186. C. de rapt. virg. Mantica de conject. ult. l. 10. t. 5. n. 21. Cephal. conſ. 500. a n. 14. uſque in fin. vol. 5. Azeb. l. 5. recop. t. 1. l. 3. n 2.* Quod procedit, licet ea conditio ad tertias & ulteriores nuptias tranſierit, ut cum *Cephalo ibid.* docet *Surd. de alim. t. 7. q. 23. n. 18.* De uſufructu autem & alimentis legatis eſt aliqualis difficultas. Quidam enim exiſtimant ea deperdi, ſi tranſeat ad ſecundas nuptias, quod id legatum contineat tacitam conditionem, quamvis a viro non adjiciatur, ſi mulier manſerit in domo viri. Quæ conditio excludit ſecundas nuptias, (ut dicemus n. 51.) Sic docent *Berojus conſ. 32. n. 9. vol. 2. Ferrara in ſua pract. tit. de forma libelli, quo petitur dos reſtitui, gl. Donec vitam, col. 2. Bertach. in ſuo repert. lit. V. v. Uſusfructus finitur morte, verſ. Uſusfructus ſimpliciter relictus.* At contrarium prorſus dicendum eſt. Tum, quia eam conditionem tacite ineſſe nullo jure probatur. Tum etiam, quia ſi cetera legata non perduntur eo tranſitu, cur legatum uſusfructus & alimentorum, quæ ſunt pleniora, ac pluribus favoribus jure afficiuntur, perdenda ſunt? Atque hanc partem non obſcure videntur ſentire DD. quos nu. 48. referam, dicentes legatum hoc perdi, quando adjecta eſſet conditio habitandi cum filiis: quaſi contrarium ſentiat ea non adjecta conditione. Et in propriis terminis docent *Paul. de Montepico, l. Titia §. Titia cum nuberet, q. 64. n. 164. ff. de legat. 2. Garron. rubr. C. de ſecund. nupt. in 2. edit. num. 36. pœna 16. Ripa l. Feminæ, in princ. in nova edit. n. 56. q. 21. C. de ſecund. nupt. Surdus de aliment. t. 7. q. 23. n. 6. & ſeq. Ant. Gabr. tom. 3. comm. opin. l. 3. tit. de ſecund. nupt. conſ. 1. n. 43.*

13 His præmiſſis, 6. quæſtiones diſputandæ ſunt. I. an legatum ſub conditione caſte & honeſte vivendi amittatur per tranſitum ad ſecundas nuptias? II. an per unicam fornicationem? III. an per amplexus & alios tactus? IV. an legatum ſub conditione abſtinendi a ſecundis nuptiis, deperdatur per fornicationem, vel tranſitum ad ſecundas irritas, aut non conſummatas? V. an legatum ſub conditione commorandi cum filiis, amittatur per ſecundas nuptias? Ultima, legatum feminis maritandis quibus poſſit dari?

14 Quæſtio I. An legatum relictum ſub conditione caſte & honeſte vivendi, amittatur per tranſitum ad ſecundas nuptias. Triplex eſt ſent. Prima tenet uxorem conſequi id legatum ſub ea ſibi conditione relictum a viro, quamvis ſecundo nubat: unde ut excludatur, debet expreſſe dici in legato, Dummodo vitam vidualem ſervaverit. Ducitur, quod ſecundæ nuptiæ ſint caſtæ, *c. Nicena, diſt. 31.* quod deſumptum eſt ex *tripart. Hiſtoria, l. 2. c. 14.* ubi refertur Paphnutium ſic dixiſſe: *Honorabiles confeſſus nuptias, & caſtitatem, eſſe dicens.* Atque Synodus ejus ſententiam laudavit, ubi refertur, Et *l. Mulier, §. Cum proponeretur, ff. ad SC. Treb.* ibi: *Mulieris pudicitiæ congruit.* Unde *D. Thom. 2. 2. q. 152. art. 3. corp.* docet virginitatem excludere quemcumque actum venereum, etiam licitum: caſtitatem autem ſolum illicitum. Secundo, quia imputandum eſt marito, quod legem ſuam in teſtamento non apertius explicuerit, dicens, Si vitam vidualem ſervarit. Juxta ea quæ habentur *l. Veteribus, ff. de pactis.* Et ideo hanc amplectuntur *Oldrad.* quem refert ac ſequitur *Bart. eod. §. Cum proponeretur, n. 5. & auth. de non elig. ſecun. nub. §. Cum igitur, n. 1. & l. ult. in fin. C. de indicta viduit. Abb. c. Quod a te, n. 3. init. de cler. conjug. & c. Ut clericor. n. 5. de vita & hon. cler. Alber. l. fin. n. un. C. de bonis mater. Jac. de Aretio, & Rayn.* (prout eos refert *Ant. Gom. n. 16. alleg.*) *Hippol. ſing. 557. Felin. c. Si cautio num. 40. verſ. Et hinc eſt quod licet, de fide inſtr. Armil. v. Legat. nu. 34. Everar. in ſuis topicis, loco a vi geminat. nu. 9. verſ. 17. Caſtil. l. 15. Tauri n. 1. col. 3. verſ. Quod eſt verum, Minch. de ſucceſ. progr. l. 3. §. 27. n. 29. verſ. Et noſtra ſent.* Et ex Theologis, *P. Molin. tom. 1. de juſt. tr. 2. diſp. 207. col. 4. Lud. Lop. l. 2. de contract. c. 45. col. 2. verſ. Tamen verior eſt, Vega 2. t. ſum. c. 32. caſ. 9.* Et videtur eam tenere *Emm. Sa in ſum. v. Legat. n. 43.* cum hoc referat in ultimo loco. Et hæc ſent. eſt probabilis. Limitatur tamen, niſi de teſtatoris voluntate, aut communi uſu loquendi habenti per ea verba excludendi nuptias, aliud appareret. Sic *Bar. eo §. Cum proponeretur, n. 5. Abbas dict. c. Quod a te, n. 3. Armil. & Vega proxime allegati.* At dum non probatur is communis loquendi uſus, ait *Bart. dict. §. Cum igitur, n. 1.* ſtandum eſſe prædictæ ſententiæ.

15 II. Sent. ſic diſtinguit, ſi teſtator erat doctus, qui ſecundis nuptiis caſtitatem ineſſe noſſet, non amitteretur legatum. Secus, ſi eſſet ſimplex, quem id latebat. Ita ſuſtinent aliqui, quos tacito nomine refert *Roſel. v. Adulter n. 6.* dicens ita poſſe dici.

16 III. Sent. (cui tanquam multo probabiliori adhæreo) ſuſtinet eam conditionem appoſitam a viro uxori excludere ſecundas nuptias: atque adeo per illas amitti legatum: ſecus ſi apponatur ab extraneo nullatenus conjuncto priori viro, aut a parentibus, aliiſve conſanguineis ipſius viduæ tranſeuntibus ad ſecundas nuptias. Probatur prior pars. Quia ex perſonis dicta penſanda ſunt *l. fin. in fin. ff. de act. & oblig.* Ergo cum viris ſint odioſæ valde ſecundæ nuptiæ uxoris, (ut oſtendimus diſp. 89. n. 2.) merito ac jure optimo ea verba ex mente perſonæ proferentis accipienda ſunt de omnimoda caſtitate: & non de ſola illa, quæ ſecundis nuptiis ineſt, ac graviter ipſi viro infeſta eſt. Secundo, quia voluntas teſtatoris tacita, conjecturiſque deducta habetur pro expreſſa, & attendenda eſt, *l. In condit. primum loc. ff. de condit. & demon. l. Cum acutiſſimi, C. de fideicom. l. pen. ff. de legat. 1. l. Fidei §. Item ſi quis, ff. de leg. 3. l. Cum proponeretur, in fin. & l. Qui ſolidum, §. 1. ff. de legat. 2.* At ex odio viri ad ſecundas uxoris nuptias, aperte conjicitur tacitam ejus mentem poſcentis vitam caſtam & honeſtam uxoris eſſe de caſtitate ſibi gratiſſima, quæ nuptias ſecundas excludit. Et confir. quia licet ſecundæ nuptiæ ſint in ſe caſtæ & honeſtæ, & ita vidua ſecundo nubens dicatur, ſecundum ſe re hac conſiderata, caſte & honeſte vivere: at non habent eam caſtitatem, quæ decet virum relinquentem legatum, & quam ipſum velle præſumitur. Quare ex tacita teſtatoris voluntate corruit id legatum. Tertio quia per ea verba videtur vir velle ſibi fidem ſervari, ac jura prioris conjugii inviolata perſiſtere. At ſecundo nubens non dicitur fidem ſervare priori conjugi, *§. Cum igitur, paulo ante verſ. ſin autem, auth. de non elig. ſec. nub.* ibi: *Servent inviolatum morientium thorum.* Quod optime docuit *Philoſt. in vita Apoll. l. 3.* aſſerens hanc uxorem jura conjugii violare. Ad quod probandum plura alia adducit *Tiraq. l. Boves, §. Hoc ſermone, in princ. n. 146. & ſeq. ff. de verb. ſignif.* Tandem partem hanc probant aliæ rationes, quas, nu. 33. afferam ad probandum aliud ſimile. Poſteriorem autem partem probant rationes prioris ſententiæ relatæ n. 14. Quia ſecundæ nuptiæ non ſunt in ſe impudicæ, ſed caſtæ & honeſtæ: ac proinde ex vi illorum verborum non excluduntur: nec etiam ex tacita voluntate teſtatoris, quia conſanguinei viduæ non offenduntur ex ſecundis ejus nuptiis, imo gratæ illis ſunt, ne dedecore afficiantur turpi viduæ vita, & ut parentela dilatetur. Et ideo hanc ſent. ſuſtinent *Baldus l. Cum filius, §. Qui Mutianam, n. un. ff. de legat. 2. & l. Deo nobis, in princ. n. 9. C. de Epiſc. & cler. & l. un. n. 15. C. de raptu virg. & l. fin. n. 4. C. de indicta viduit. & ibi Alberic. n. 8.* dicens conſuetudine reſervari, *Salicet. ibi n. 5. Jaſon n. 32. Corneus n. 2. fin. Et idem Corneus relato Benedicto de Plumbis, l. Legem Juliam n. 2. fin. C. eod. t. Paul. conſ. 11. ad fin. vol. 2. & l. Mulier, §. Cum proponeretur, n. 5. ff. ad Trebel. Et ibi Angel. de Peruſio n. 3. & 4. Et ibi Imola n. 5. Alex. n. 5. 6. & 10. Idem Angel. l. Juſtit. §. Juris præcepta, n. 1. fin. ff. de juſt. & jure, & auth. de non eligen. ſecun. nub. §. Cum igitur, n. 17. Idem Imola d. l. Cum filius, §. Qui Mutian. in fin. & c. Quod a te, n. 7. de cler. conjug.* ubi *Anch. n 8. ſtatim in princ. Felin. in proœmio Decr. §. In gl. 1. n. 7. Præpoſ. c. Nicena, num. 4. d. 31. Ant. Franc. addit. Ad Abbatem, c. Ut clericor. n. 5. de vita & honeſt. cler. Ripa rubr. C. de ſecun. nupt. n. 13. verſ. Contrarium videtur verius, in nova edit. Garron. ead. rubr. in nova edit. n. 105. pœn. 68. Guilliel. Bened.* latiſſime *c. Rayn. de teſtam. v. Qui cum alia, a n. 171. uſque ad 210. Tiraq. l. Boves, §. Hoc ſermone, in princ. n. 149. ff. de verb. ſign. Nic. de Ubal. de ſucceſ. ad inteſt. 2. p. n. 13. verſ. Poſſet decidi etiam quæſtio* (habetur 8. tom. tract. p. 1.) *Boerius conſ. 30. n. 4. vol. 2. Berm. de publicis concub. §. Concubinam dimittat, n. 8. Nicol. Fabian. in qu. quadam de hujuſmodi legato, nu. 8. quæ habetur tom. 9. tr. Angel. de Gambel. tract. de teſtam. gl. 46. nu. 1. & 2.* (habetur tom. 8. tract. p. 1.) *Roſel. v. Adulterium, n. 6. Sylv. v. Legatum 1. qu. 5. n. 9. Bertach. in ſuo repert. lit. L. v. Legatum uxori, verſ. Legatum uxori factum ſub condit. & v. Legatum conditional. verſ. Legatum uxori: & lit. V. v. Uxor uſufructuaria, verſ. Uxor ſi uſufructuaria, Gom. Arias lib. 12. Tauri, nu. 23. Durans de arte teſtandi in t. 6. caut. 39. num. 4. Claud. Aquen. l. Mutier, §. Cum proponeretur, num. 1. ff. ad Trebel. Cov. 4. decr. 2. p. c. 3. §. 9. n. ult. Ant. Gom. l. 14. Tauri num. 9. Greg. Lop. l. 1. v. O mas, t. 12. p. 4. Villal. in com. opin. lit. V. v. Uxor nu. 126. Mantica de conject. ult. vol. l. 11. t. 19. nu. 31. Lara l. Si quis a liberis, §. Si quis ex quis, num. 147. ff. de liber. agnoſ. Lud. Lop. 2. p inſtr.* ubi de matrim. *c. 41. col. 5. verſ. Denique ult. dicitur* idem tenent loquentes in caſu quo vir diceret, ſi in domo mea caſte & honeſte vixerit, *Riminal. conſ. 532. n. 10. vol 5. Et Perez l. 5. ordin. t. 2. l. 1. fol. 79. verſ. Quæri etiam poteſt, legatum eſt factum* in quo caſu dicit *Mant. eod. t. 19. n. 31.* abſque omni dubio uxorem amittere id legatum. Eamdem tenet *Zaval. in ſuis q. pract. q. 151. n. 3.* & loquens de filio leganti tenet *Spino num. ſeq. alleg.*

17 Ultraque pars hujus ſent. quibuſdam modis extenditur, & aliis reſtringitur. Prior pars, nempe, ut conditio illa, ſi honeſte & caſte vixerit, excludat ſecundas nuptias, quando apponitur a viro, extenditur ut idem dicendum ſit, quando filii legant ſuæ matri. Quod ſimiliter ex ſecundis nuptiis offendantur, ac dedecori illis ſint, (ut probavi diſp. 89. num. 3. Atque ita extendunt *Paul. l. Mulier, §. Cum proponeretur, n. 5. ff. ad Treb.* Et ibi

ibi Imola n.4. Alex. n.6. & 10. Angel. de Peruſio n.4. & §. Cum igitur, nu.17. auth. de non elig. ſecundo nubentes Præpoſ. c.fin. ad fin. de ſecund. nupt. Garron. rubr. C. de ſecun. nupt. in nova edit. nu.105. pæn.68. Angelus de Gambellionib. tr. de teſtam. gl.46. n.2. Ant. Gom. l.14. Tauri, nu. 9. Spino ſpeculo teſtam. gl.14. princ. num.94. junct. *nu.99.* Quod idem colligitur ex DD. numer. ſeq. allegandis, qui indiſtincte dicunt, eam conditionem a filiis appoſitam excludere ſecundas nuptias.

18 Secundo extenditur eadem prior pars, ut idem ſit, ea conditione appoſita a filiis viri præmortui. Quod injuria parenti illata ob ſecundas nuptias, in ipſos quoque redundet. Quod ſignificant quidem indiſtincte, dicentes amitti id legatum per ſecundas nuptias, quando conditio apponitur a filiis. Cum enim univerſaliter ac indiſtincte loquantur, poſſunt intelligi de filiis conjugis tranſeuntis ad ſecundas nuptias, ac de filiis conjugis præmortui. Hi ſunt *Angel. l.Juſtitia, §.Juris præcept. n.1. ff. de juſtit. & jure, Præpoſ. c.Nicena, n.4. d.31. Nicol. de Ubaldis de ſucceſſ. ab inteſtato n.13. verſ.Poſſet etiam decidi, Guillel. Bened. c. Raynutι de teſtam. v. Qui cum alia, num.171. & 227. Roſel. v.Adulterium, n.6. Sylv. v.Legatum 1.q.5. n.9. Mantica de conject.ult. vol. l.11. t.19. n.31.* Atque in propriis terminis docent *Garron. rubr. G. de ſec. nupt. in nova edit. n.105. pæn.68. Covar. 4.decret. 2.p. c.3. §.9. n.ult. Zaval. in ſuis q.pract. qu.151. nu.3. Lud. Lop. 2.inſtr.* ubi de matrim. *c.41. col.5. verſ.Denique ultimo dicitur.*

19 Tertio extenditur eadem pars, ſi conditio illa apponatur a conſanguineis viri præmortui. Quia ipſorum aliquatenus intereſt proſpicere injuriæ inferendæ per ſecundas nuptias viro præmortuo. Item, quia iis ſecundis nuptiis triſtitia afficiuntur: eo quod prioris viri memoria deleatur, atque amicitia ex affinitate cum ipſis contracta fere ceſſet, extinguatur: & transferatur in poſterioris conjugis conſanguineis. Qnam partem non obſcure ſignificant DD. n.16. allegati, dum ſolum volunt non excludi ſecundas nuptias, quando ea conditio apponitur ab extraneo, vel a conſanguineis ipſius viduæ. Et fere expreſſe hanc partem ſuſtinet *Covar. nu. præced. allegat.* dum agit prædictam conditionem adjectam a patre viduæ, aliove extraneo, qui non eſſet prioris viri conſanguineus, minime excludere nuptias: quaſi clare ſentiat ſecus eſſe, ſi a conſanguineis viri præmortui. Et in propriis terminis tenet *Lud. Lopez n.præced. relatus.*

20 Quarto eamdem partem extenderem, quando apponeretur conditio ab eo, qui erat arctiſſima neceſſitudine priori viro conjunctus. Et favent DD. n.16. allegati, qui dicunt a penitus extraneo, in quorum numero minime computandum eſſe, arctiſſima neceſſitudine conjunctum nemo dubitabit. Poteſtque id probari ex iis, quæ adduximus l. 4. diſp.4. n.9. ad probandum inferri timorem viri conſtantis ex gravi malo comminato perſonæ arctiſſima amicitia devinctæ cum contrahenti: inſtar mali ipſimet comminati.

21 Ultimo extenditur, ut eadem prorſus dicenda ſit, ſi, uxor, vel ejus filii, aut conſanguinei, aut arctiſſima amicitia conjuncti, aut filii ipſius viri legatum relinquat viro ſub ea conditione, ſi caſte & honeſte vixerit: id enim amittet vir tranſiens ad ſecundas nuptias. Quia ſimiliter ii offenduntur ex ſecundis viri nuptiis, & quaſi conjunctio illa & amicitia ex prioribus nuptiis contracta tunc extinguuntur. Hujus ſent. videtur *Paulus a Montepico l.Titia, §.Titia cum nuberet, n.166. ff. de legat.2.* ubi referens *Paulum l.fin. C. de indicta viduitat.* dicentem tranſeuntem ad ſecundas nuptias non amittere legatum relictum ab uxore ſub conditione caſte & honeſte vivendi, vel abſtinendi a ſecundo matrimonio: ait eſſe peregrinam deciſionem, & valde dubiam. Quare ipſe in contrariam partem inclinat, licet cogitandum relinquat. Nec obſtat ea *Pauli de Caſtro* doctrina, quia vult ipſe non valere conditionem abſtinendi a ſecundo matrim. oppoſitam viro, ſecus quando uxori: ac in hoc diſpares eos efficit. Quia ea differentia communiter a DD. rejicitur: ac eos pares faciunt, ut dixi n.5.

22 Temperant autem prædicta, niſi conjux, cui legatur ſub prædicta conditione caſte & honeſte vivendi, minime conſummaſſet prius matrim. tunc enim ea conditio non excluderet ſecundas nuptias. Quia conditio illa nuptias interdicens reſpectu hujuſmodi conjugis vidui eſt nulla, & rejicitur (ut probavi lib. 1. diſp.34. n.29. & 30.) At in dubio ea interpretatio ſumenda eſt, ne actus corruat, *l. 3. ff. de teſtam. milit. l. Quoties, ff. de rebus dubiis.* Quod adeo verum eſt, ut clauſula teſtamenti, quæ alioquin ad omnia præcedentia non refertur, referatur tamen ex præſumpta teſtatoris mente, ubi alias diſpoſitio redderetur inutilis. Ut cum probat *Menoch. de præſumpt. lib.4. præſumpt.180. n.38. & ibi a n.32.* refert alia, in quibus receditur a regulis juris, ex præſumpta teſtatoris mente, ne diſpoſitio irritetur.

23 Similiter de his verbis ſentiendum eſt, quando conjux legat conjugi ſub hac conditione, ſi lectum meum cuſtodierit, vel donec cuſtodierit, per ea enim cenſentur excluſæ ſecundæ nuptiæ: ac proinde alteruter conjux ad eas tranſiens, illud amittet. Quia tunc non ſervatur inviolatus thorus prioris viri. Ut probavi n.16. Sic tenent *Paul. a Montepico, l.Titia, §.Titia cum nuberet, qu.64. n.165. ff. de legat.2. Mantica de conject. ult.vol. l.11. t.19. n.25.* Nec audiendus eſt *Albericus l.fin. n. un.C. de bonis matern.* ubi ait non perdi id legatum per nuptias, ſed quando illicite violatur caſtitas.

Poſterior etiam pars noſtræ ſent. in quantum habet non 24
excludi nuptias ſecundas, per conditionem caſte & honeſte vivendi, quando apponitur a conſanguineis conjugis ad illas tranſeuntis, vel ab alio extraneo, intelligitur ut ſolæ ſecundæ nuptiæ non excludantur. Quare conjux tranſiens ad tertias nuptias illud amitteret. Quia 3. & ulteriores nuptiæ a caſtitate deficiunt atque incontinentiæ ſignum ſunt. Sic *Paul. l.Mulier, §.Cum proponeretur, n.5. ff. ad Treb. Ang. ibi n.4. Hippolytus ſing.577. fin. Felinus c.Si cautio, nu.40. verſ. Et hinc eſt quod licet, de fide inſtr. Rom. dict. l. Mulier, n. 9. Pariſius conſ.190. nu.9. vol.4. Sylva nuptial. lib.2. v. Soni non eſt nubendum, nu.35. Roſella v.Adulterium num.6. Sylv. v.Legatum, 1.q.5. n.9.* Et explicant *Angelus*, quicumque ſit teſtator. Quamvis alii non explicent, ſed indiſtincte loquantur. At contrarium tenendum eſt. Nam jure canonico omnes nuptiæ approbantur, & honeſtæ ſunt. Et ita ſuſtinent *Imola dicta l. Mulier, §. Cum proponeretur, numer.5. & ibi Alex. num.10. Ripa rubr. C. de ſecund. nupt. in nova edit. n. 13. verſ.Contrarium videtur verius, Guilιel. Bened. c.Raynutius, de teſtam. v.Qui cum alia, a num.221. uſque ad n.228 Everard. loco a vi geminationis n.6. verſ.17. Covar. 4.decret. 2.p. c.3. §.9. in fin. Ant. Gom. lib.14. Tauri in nu.6. fin. Greg. Lop. lib.1. v.Omas, tit.12. p.4. Mantica de conject.ult. vol.11. t.9. n.32. fine.*

Hinc deducitur, legatum uſusfructus, vel alimentorum 25
relictum uxori a viro, expreſſa conditione, quamvis tranſeat ad ſecundas nuptias, non amittit per tranſitum ad tertias & ulteriores. Ut probavi hoc lib. diſp.89. n.45.

Secundo limitatur eadem poſterior pars: niſi ſecundæ nu- 26
ptiæ ita repugnarent ætati, aut ſtatui viduæ, ut merito in communi prudentium æſtimatione reputarentur inhoneſtæ, ac ejus famam denigrantes. Ut ſi vidua ſexagnaria eſſet, vel aſſumpti jam tertii ordinis D. Franciſci nuberet. Cum enim eæ nuptiæ ſint inhoneſtæ, merito ad eas tranſeundo, non cenſetur partium conditioni caſtæ & honeſtæ vitæ. Atque ita docent *Alex. leg. Mulier, §. Cum proponeretur, n.6. & 10 ff. ad Trebel. & ibi Claud. Aquenſis, numer. 1. Guillielmus, Benedictus cap. Raynutius, de teſtam. verb. Qui cum alia, num.213. Mantica de conject. ultim. voluntat. lib. 11. tit. 19. num.32.* dicens id eſſe verum, a quibuſcumque perſonis hæc conditio apponatur.

Imo ſi mulier quacumque alia ex cauſa efficiatur infamis, 27
etiam propter delictum damnata, dici non poteſt honeſte vivere, ut id legatum conſequatur. Sic *Paulus de Montepico, l.Titia, §. Titia cum nuberet, n.169. q.68. ff. de leg.2. Mantica eodem tit.19. in fine.*

Similiter ſi femina juraſſet aut voviſſet ſe a ſecundis nuptiis 28
abſtenturam, non dicetur caſte vivere tranſiens ad ſecundas nuptias, ad obtinendum id legatum a quocumque relictum. Ita docent *Angel. auth. de teſt. & ea quæ parit, §. Unum, n.8. verſ. Ibi caſtitate, Ant. Franc. addit. ad Abbatem, c.Ut clericum, n.5. de vita & honeſt. cleric.*

Tandem limitatur eadem poſterior pars: niſi ſecundæ nu- 29
ptiæ cederent in dedecus relinquentis legatum ſub conditione caſte & honeſte vivendi: tunc enim per illa perderetur. Ut ſi conſanguinei viduæ legent illi ſub ea conditione, & ipſa nubat perſonæ ita inferioris conditionis, ut ſit dedecus totius proſapiæ. Tales enim nuptiæ repugnant votis relinquentium legatum, ac ab illis reputantur inhoneſtæ, tamquam totius proſapiæ illorum famam obſcurantes. Sic docent *Angelus l. Juſtitia, §.Juris præcepta, num.1. ff. de juſtit. & jure, & l. Mulier, Cum proponeretur, n.4. ff. ad Trebel.* ibi: *Alex. nu.6. & 10. Imola num.5. Guilliel. Bened. c.Raynutius, de teſtam. v.Qui cum alia, num.212. Angel. de Gambellion. tract. de teſtam. gl.46. n.1. Roſella v.Adulterium, num.6. Sylv. v. Legatum 1. q.5. n.9.*

Ad argumenta contrariæ ſententiæ nu.14. propoſita con- 30
ſtat ex dictis n.16. ubi diximus eas ſecundas nuptias eſſe in ſe caſtas, non tamen conſiderata relinquentis legatum conditione: & ex ejus mente colligitur talibus verbis excludi ſecundas nuptias.

S U M M A R I U M.

An legatum relictum ſub conditione caſte & honeſte vivendi amittatur per unicam fornicationem? Refertur duplex ſententia, n.31. 32.
Proponitur ſententia Auctoris, 33.
Quid, ſi uxor viro leget ſub prædicta conditione, 34.
An vidua quæ fornicando id legatum amiſit, id recuperet rediens ad meliorem frugem, 35.
An legatum relictum feminis honeſtis, aut honeſte viventibus maritandis, poſſit dari ei, quæ ſemel fornicata eſt, 36.
Satisfit argumentis, 37.
Poſt n.37. invenies alia ſummaria.

QUæſtio II. An legatum relictum alicui ſub conditione ca- 13
ſte & honeſte vivendi amittatur per unicam fornicationem? Quidam viri docti exiſtimarunt id legatum minime perdi, admiſſa una vel altera fornicatione; ſed quando femina ita paſſim ſui corporis copiam facit, ut merito dici poſſit inhoneſte vivens. Ducuntur ex *§.Item l.Julia, de adult. in verſ. Eadem lege, inſt. de publ. judic.* Ubi dicitur *l.Jul.* etiam ſtupri flagitium puniri, cum quis ſine vi vel virginem vel viduam honeſte viventem ſtupraverit. Supponit ergo feminam ſtupri ream honeſte vivere. Secundo ex *l.Stuprum 41. ff. de rit.nup.* ubi: *Stuprum intelligitur etiam in his mulierib. eſſe, quæ turpiter viverent, vulgoque quæſtum facerent.* Ubi pondera textum connectentem hæc duo, quaſi poſterior pars priorem explicet: ac illa turpiter vivere dicatur, quæ vulgo quæſtum facit. Tertio quia unicus actus non denominat quempiam bonum vel malum. Ut *proœmio inſt. §. Cumque,* ibi: *Quorum omnium ſolertiam, & legum ſcientiam, & circa noſtras juſſiones fidem jam ex multis rerum arg. accepimus.* Colligitur ibi: *gl.marginis,* ex mente *Petri de Bellapert. & aliorum.* Et tradit *Seb. de Medicis de reg. juris 2.p.reg.n.10.* Unde in proverbium abjit: *Una hirundo non facit ver.* Et confir. quia mercator non dicitur niſi qui negotiationem exercet, *l.1.§.1.ff.de trib.* Et tradunt *Bart. in proœm.ff. veteris, n.10. Abb.c.1.de judicis n.38. & ibi Dec.in 2.lectura, in nova edit.n.113.verſ.Tertio, Anch.c.un.de vita, & honeſt. cler. in 6. n.1.poſt 4.notab.verſ.Quærit etiam, & ibi Domin.n.8.Franc. nu.3.* Et 2. confir. ex communi modo loquendi, nemo enim quempiam prodigum appellarit, quod ſemel tantum prodige luſerit: aut liberalem, aut avarum, ex unico avaritiæ aut libertatis actu: nec dicet illum ſplendide vivere, aut laute edere, aut potare, quod ſemel tantum hæc fecerit. Quod non mediocre ſignum eſt, hæc omnia habitum importare, & ſic ex ſola actuum frequentia denominationem ſumere. Tertio, principaliter probatur, quia luxurioſe vivere opponitur caſte, & honeſte vivere: atque ita illa femina dicitur non caſte, & honeſte vivens, quæ luxurioſe vivit. At non dicitur luxurioſe vivere, quæ ſemel aut iterum fornicatur, ſed quæ fornicationis vitio aſſuefacta eſt (ut ex multis probavi diſp. præc. n.8.) Et confirmatur, quia filia exhæredari nequit ob unam vel alteram fornicationem: eo quod textus petat luxurioſam vitam (prout probavi lib.4.diſp.24.n.6.) & tradit late *Surdus de alim. t.7.q.4.n.32. & 33.* Tandem, quia cum *l. 9. t. 12. lib.3.fori,* ſic dicat, *Si deſpues de la muerte de ſu marid non fiziere buena vida, pierda todo quanto le dexo.* Et tamen *Acoſta c. Si pater, de teſt.in 6.1.p.ver.Legavit, n.41.verſ.Ex quibus omnibus, & Barb.l.2.p.2.in prin.n.68.ff.ſolut.matr.* ajunt prædictam legem loqui in vidua, quæ bonam vitam non agit: & proinde in ea, quem habitum male vivendi contraxit, & ſtupra more meretricio admittit. Ergo inhoneſte, & non caſte vivere habitum fornicandi petit: ac ſubinde non contravenietur conditioni caſtæ, & honeſtæ vitæ, ut amittatur legatum ſub illa relictum, per unam vel alteram fornicationem. Hujus ſent. videtur *Azebedo l.5.recop.tit.1.l.4. nu.19.* ubi dicit non ſufficere unicum viduæ ſtuprum: & quamvis non ſatis explicet, an loquatur in ſolo caſu, *l.5.t.9.ejuſ.l.5.* petentis luxurioſam vitam viduæ, ut amittat lucra conſtante matrimonio acquiſita: an etiam in omnibus caſibus quos præmiſerat, at immediate n. 18. dixerat luxurioſe viventem teneri in conſcientia reſtituere legatum a viro ſub conditione caſte, & honeſte vivendi relictum; & ita videtur etiam in eo caſu intelligere, non contraveniri conditioni per unicam fornicationem.

32 Aliis vero placet ejuſmodi conditioni non pareri unica fornicatione admiſſa, atque ita amitti in utroque foro id legatum. Ducuntur 1. quia nomina verbalia delictum importantia, unico contenta ſunt actu. Ut prævaricator, calumniator, raptor, ſpoliator, fractor, *l.Athletas, §.Prævaricator, ff. de his, qui notantur infamia, l. Quis ſit fugitivus, ff. de ædil. edictio, c.pen. & c.fi.de raptor.* Et docent *Bart.in proœm.ff.veteris, n.10. Abb.c.1.n.38.de judiciis, & ibi Dec.in 2.lectura, in nova edit. n.122.Domin.c.1.de vita, & honeſt.cler.in 6.n.8. & ibi Franc.n.3. Acoſta c. Si pater, de teſt.in 6.1.p.verb.Legavit, n.39.* & ſolum excipiunt delictum erronis, & plaggii, *Bart. & Abb. ib.* At caſte, & honeſte vivens eſt nomen verbale: dicetur ergo non caſte, & honeſte vivens, committens unicam fornicationem. Et confirmatur, quia *Domin. & Franc. ib.* eam differentiam conſtituunt inter nomina verbalia ſignificantia officium, vel artem, ſive actum voluntarium, & licitum: & verbalia importantia delicta, ut illa exercitium petant; hæc autem unicum actum: Cum ergo inhoneſte, & impudice vivens ſit nomen verbale delicti, unum actum ſolum petet: atque ita per unicam fornicationem violabitur conditio in legato petita. Secuudo, quin *D.Greg.l.1.epiſ.epiſt.42 in fin.* & refertur, *c.1.d.28.* ſic ait: *Nullum facere ſubdiaconum præſumant Epiſcopi, niſi qui ſe victurum caſte promiſerit.* Et *Conc.Tolet.4.c.26.* & refertur, *c.Quando, eadem d.* ſermonem habens de presbyteris, & diaconis, qui parochiis præficiendi ſunt, ſic ait: *Oportet eos primum profeſſionem facere, ut caſte, & honeſte vivant.* At conſtat omnes hos votum id violare unica fornicatione. Et conf. quia in nonnullis religionibus hac ſola forma emittiur profeſſio trium votorum ſubſtantialium, Promitto me victurum juxta talem regulam. Et ſi quis voveret ſe caſte victurum, ubi de voventis intentione nil conſtaret, ſed ex ſolis promiſſionis verbis res hæc judicanda eſſet, reus eſſet voti ſemel fornicans: ſicut & illi profeſſi ſuæ profeſſionis violatores exiſterent, unico inobedientiæ, luxuriæ, proprietatis, actu commiſſo. Tertio, quia DD. confundunt hæc, viduam luxurioſe, & inhoneſte vivere, ac ſtuprum committere, ut incurrat pœnas ſecundo nubentibus impoſitas. Et ita nunc dicunt eas incurrere viduam luxurioſe viventem: nunc autem viduam ſtupri ream: hæc duo pro eodem reputantes, ut advertimus diſput. præc. n. 2. & cum textus eod. n.2. allegati manifeſte loquantur de unica viduæ fornicatione, ut ea ſubdatur pœnis nubentium intra annum luctus (ut ibi probavimus) plerique ibi relati agentes de vidua incurrenti eas pœnas, utuntur hoc termino, vidua luxurioſe, & turpiter vivens. Communis ergo loquendi modus habet, idem reputari, inhoneſte & turpiter vivere, ac in vitium carnis vel ſemel labi. Et conf. quia cum *l. fi.C. quando mulier tutela officio,* dicatur ut vidua futura filiorum tutrix promittat ſe intactam pudicitiam conſervaturam, multi Doctores, quos retuli diſp. præc. n.15. dicunt relato illo textu, viduam hanc turpiter, & impudice viventem perdere tutelam, Quod controveniat promiſſioni ſervandæ intactæ pudicitiæ per illum textum petitæ: quaſi ſentientes idem eſſe, impudice vivere, & non ſervare intactam pudicitiam, quod ſonat unicum actum. Imo DD. ibi allegati confundunt, impudice vivere, & fornicationem admittere (ut eo n.16. adverti) Quarto, quia leges puniunt unicum fornicationis viduæ actum: atque ita vidua ſemel fornicans intra annum luctns, perdit omnia a viro ſibi liberaliter relicta (ut diximus diſp. præc. n.2.) Et quamvis verior ſenten. habeat, ea non perdere, ſi poſt illum annum fornicetur: at aliqui contrarium probabiliter tenent (ut ibidem retuli nu.4. & 6. Si ergo diſpoſitio, & pœna legalis uno actu contenta ſunt: a fortiori pactum conditionale teſtatoris, legantis ſub conditione vitæ honeſtæ, & caſtæ unica fornicatione frangetur. Et confirmatur, quia in dubio teſtatoris verba juxta legum diſpoſitionem accipienda ſunt. Ut multis citatis probant *Mantic. de conject.ult. vol.5. t.4. n.16.* Quinto, quin multi DD. non pœnitendi cenſent viduam ſemel fornicantem amittere dotem (ut retuli diſput. præc. n.9. idque eſt probabile: quamvis ac probabilius ſecuti ſimus ibi oppoſitum. Si ergo dos, quæ proprium uxoris patrimonium eſt, nec ex viri ſubſtantia profecta eſt, nec appoſita eſt conditio caſtitatis ſervandæ, perditur unico actu: nedum idem dicendum erit de legato ex mariti bonis relicto ſub ea conditione. Sexto, quia cum *l.5.t.9.l.5. novæ rec.reg.* decidat viduam luxurioſe viventem amittere medietatem lucrorum, aliqui cenſent ſatis eſſe unicum luxuriæ actum (ut retuli diſp. præc. n.8.) Septimo, quia viduam caſte, & honeſte vivere, nil aliud eſt, quam eſſe caſtam, & pudicam, ſeu caſtitatem ſervare. At talis deſinet eſſe ſemel fornicans, nec vere caſtitatem ſervat. Ut probat *Caſtillo l.52.Tauri n.21. verſ. Non enim dicitur.* Octavo ex *leg. Si uxor 13. §.Judex adulterii, ff. ad l.Jul. de adul.* ubi deciditur judicem adulterii inquirere debere, num maritus de eo uxorem accuſans, vivens pudice auctor fuerit mulieri bonos mores colendi: & ſubditur ea ratio, quod periniquum ſit, ut pudicitiam vir ab uxore exigat, quam ipſe non exhibeat. Ubi *gloſſa verb. Non exhibeat,* inquit, committendo lenocinium. Ergo vir ſemel committens lenocinium dicitur non caſte vivens: is enim caret poteſtate uxorem adulteram accuſandi. Nono, quia *l.9.t. 11. l.2. novæ reco. reg* deciditur viduam gaudere nobilitate viri: & ſubditur, *Si maniuvere caſtidad,* quod perinde eſt, ac dicere ſi caſte vixerit. At conſtat ea privilegia, vel unica fornicatione perdi. Decimo, quia l.6. diſput. 27. num. 3. ex *Baldo, & aliis* retuli donationem factam a viro uxori, præſumi in præmium pudicitiæ eſſe. Ergo pudicitia non ſervata, quod per unum actum fit, ceſſat quaſi ceſſante cauſa, eo vel maxime quod adjecta ſit clauſula petens caſtitatem. Tandem, quia *auth. de non eligendo ſecundo nubentes, §. Cum igitur,* quaſi explicans textus: quid ſit caſte vivere, ſic ait. *Quoniam non licet legaliter caſte vivere, contra leges luxurientur.* Ubi *gl. v. Non licet,* ſic explicat, ideſt, non poſſunt caſte vivere feminæ, quæ contra leges luxuriantur. At luxuriari, ſeu mulierem eſſe luxurioſam, diſtat a vivere luxurioſe: quod illud in unico luxuriæ actu verificetur: hoc autem in ſola frequentia. Ut bene tradit *Acoſta cap Si pater, de teſtament. in 6. 1. par. verb. Legavit, num.* 40. Ergo non dicitur caſte, & honeſte vivens vidua ſemel fornicans, ac proinde legatum ſub ea conditione relictum amittet. Atque alias rationes afferam numero ſequenri id probantes, ſpecialiter de marito legante. Atque ideo hujus ſentent. videntur expreſſe *Bald. leg. penult. in princ. num. unic. ff. de excuſ. tutorum,* ubi loquens de legato relicto a viro uxori, dixit id perdi, ſi vidua ſtuprum committat. Et *Præpoſ. cap. Nicena num. 4. d. 31.* ubi explicans eam conditionem appoſitam a viro vel filiis, ſi caſte, & honeſte vidua vixerit, ait intelligi, ideſt, ſi alteri non nupſerit, vel corpus ſuum aliter non corruperit. Et *Jaſon leg. fina. num. 31. verſ. In ultima parte, Cod. de indict. viduit.* loquens de legato, de quo agit *gloſſ. fin. ibi,* nimirum relicto a viro ſub ea conditione, ait viduam obtenturam id legatum, donec perſeveraverit in caſtitate. At non dicitur in caſtitate perſeverans, quando ſemel fornicatur. Et expreſſius *Berojus conſ. 30. num. 2. vol. 2.* ubi dicit hanc conditionem, ſi honeſte & caſte vixerit, deficere, ex quo ſemel caſte, & honeſte deſiit vidua vivere. Er *Angelus de Gambel. tract. teſtament. gloſſ. 46. num. 5.* explicat eam conditionem de unico actu, ait enim, *Licet non dicat teſtator ſi caſte, & honeſte vixerit, perdit legatum, ſi ipſa inhoneſtam vitam ducat. Ut quia concubuit cum ſæculari.* Et *Zephalus conſil. 300. numer. 39. vol. 4.* ubi hæc ait; *Non revocatur legatum abſolute relictum uxori per ſecundas nuptias: ſecus ſi ducat vitam inhoneſtam. Ut quia cubat cum aliquo,* Ecce qualiter uterque eam conditionem de unico actu explicat. Idem videtur ſentire *Gulie. Benedictus, cap. Raynutius, de teſt. verb. Qui cum alia, numer. 28.* Ubi ait uxorem perdere

dere legatum ſub ea conditione relictum, fornicando, & meretricando. Et ſubdit hanc rationem his verbis: *Quia tunc ob fornicationem vel adulterium inhoneſte vivendo perderet*. Ecce qualiter conjunxit, fornicando & meretricando, quaſi ſentiens idem eſſe utrumque quoad hunc effectum. Et poſtea fornicari vel adulterari, quæ unicum actum important, appellavit inhoneſte vivere. Et fere expreſſe idem ſentit *Bertach. in ſuo repet. lit.V. verb.Uxor uſufructuaria, verſ.Uxor uſufructuaria donec caſte*, ubi hæc dicit: *Perdit legatum committendo ſtuprum, licet poſtea caſte vivat*. Et ejuſdem ſententiæ videtur *Nata conſ.* 473. *in fine*, ubi dicit, honeſte dici viduam vivere, quæ non paſſim copiam ſui corporis facit, quoad alia remoto crimine quod ſibi tunc objicitur. Sentit ergo non dici talem quoad eam unicam fornicationem tunc ſibi objectam ad amittendum legatum. *Et Roſella verb.Adulterium, n.6.& Silveſt.verb.Legatum 1.q.5.n.9.* dicunt non eſſe ſentiendum idem de conditione, ſi caſte & honeſte vixerit, appoſita a viro uxori, vel ab extraneo, ad perdendum legatum per tranſitum ad ſecundas nuptias: perdet enim illud: quando apponitur a viro, ſecus quando ab extraneo: ſubdit tamen uterque in utroque caſu viduam perdere, ſi corpus ſuum corruperit. Et expreſſius idem *Silv. verb. Legatum 2.fine*, ubi expreſſe dicit uxorem, cui vir legavit ſub conditione, ſi caſte vixerit, non poſſe tuta conſcientia retinere legatum, ſi fornicetur. Et idem videtur ſentire *Cajet.ſumma verb.Pœna, ad finem*, ubi ait adveniente caſu caſtitatis amiſſæ perdere uxorem hoc legatum ſub dicta conditione relictum. Et *Covar.4.decr.2.p.c.6.§.8.n.71.verſ.Undecimo, & taxa panis, concl.6.n.*107.*& Cenedo collect.*154. *ad decretales n.9.&* 10. dicunt teneri hanc reſtituere legatum, ex quo caſtitatem non ſervavit. Quod unicum actum importat. Et expreſſius *Nav.ſum.lat.c.23.n.62.ſtatim in princ. & ſum. hiſp. c.28.addit.ad n.67.c.23.* Et *Enriq.leg.13.de excom.c.56.n.2.in comment.l.VV.* Et *Philiar.de offic.Sacer.to.p 2.l.6. cap.* 22. dicunt enim uxorem perdere hoc legatum, ſi realiter fornicatur. Et idem *Nav.utraque ſum. c.25.n.65.* dicit perdere, ſi ſtuprum admittat. Idem videntur clare ſentire DD. quos n. 38. referam, dicentes per ſolos tactus inhoneſtos id legatum amitti. Et in propriis terminis tenet hanc ſententiam *Mantica de conject.ult.vol. l.* 11. *t.* 19.*n.*35. ubi ait mulierem copulam carnalem patientem non dici caſte, & honeſte vivere ad conſequendum legatum caſte, & honeſte viventi relictum. Nam licet quoad alia poſſit dici honeſte vivere, dum non paſſim copiam ſui corporis facit: ſecus quoad legatum. Et *Menochius de præſum.l.4. præſum.*188.*nu.*12. ubi ait viduam ſemel inhoneſte agentem privari legato relicto ſub conditione, caſte & honeſte vivendi: nec poſtea recuperare redeuntem ad frugem meliorem. Et uterque de legato in genere ſub ea conditione relicto loquitur. Et loquens de legato relicto a viro ſub ea conditione, tenent expreſſe *Lud.Lopez par.1.inſtruct.cap.295. colum.13.& Vega 2. t.ſum. c.32. caſu 9.& 1.t.cap.94. caſu 2. ad fin.*

33 At verius exiſtimo ſic diſtinguendum eſſe: Si legatum relictum ſit a marito, vel ejus filiis, aut filiis ipſius uxoris, aut alterius conjugis conſanguineis, vel arctiſſima familiaritate conjunctis, quorum intereſt viduam illam omnimodam caſtitatem ſervare: utpote, qui dehonorantur per viduæ fornicationem, exiſtimo ſatis eſſe unicam fornicationem, ut id legatum perdatur. Et in hoc caſu vera eſt ſent. num. præc. relata. Et ita fere omnes DD. illius, & ratione loquuntur de ea conditione a viro appoſita. Secus ſi ab extraneo relictum ſit: tunc enim deſideratur ea fornicationum frequentia, ut merito ac jure optimo poſſit dici ejuſmodi vita impudica, & inhoneſta. Probatur prior pars omnibus rationibus adductis nu. præcedenti; inſuper probatur rationibus, quibus probavi num. 15. & 16. per tranſitum ad ſecundas nuptias amitti legatum ſub eadem conditione relictum, quando relinquitur a viro, vel ab aliis, qui ex ſecundis nuptiis offenduntur. Præterea, quia quamvis attenta verborum proprietate, ea verba, caſte & honeſte vivere, ſonent habitum, nec dicatur vita impudica, & inhoneſta ejus viduæ, quæ ſemel aut iterum fornicatur (ut ſatis probant argumenta n.31. adducta) At ex mente teſtatoris tacita, qui graviter ea fornicatione offenditur, colligitur aperte contrarium. Sicut eadem verba licet ex ſermonis proprietate non excludant tranſitum ad ſecundas nuptias: excludunt tamen ex tacita teſtatoris mente, quando ea verba conditionis apponuntur a perſonis, quas ſecundæ nuptiæ offendunt (ut n. 16. probavi) Nec poteſt dici hanc intentionem tanquam ſola mente retentam nil operari, nec tranſire in diſpoſitionem: juxta dicta diſp. præc. n.11. Nam tranſit in diſpoſitionem, eo quod colligitur ex ipſis teſtatoris verbis, attenta ejus præſumpta mente, ob offenſam quam ex fornicatione aut ſecundis nuptiis viduæ patitur. Et confirmatur, quia (ut n. 16. & ſeqq. probavi) non ſolum quando ea verba apponuntur a viro, excludunt ex tacita ejus mente ſecundas nuptias, ſed etiam quoties a perſonis, quibus illæ infeſtæ ſunt, ac injuriam irrogant. Ergo ſimiliter intelligendum eſt, ex tacita mente teſtantis, frangi conditionem unica fornicatione, quoties conditio caſte vivendi adjicitur a perſonis, quæ dedecus, & injuriam ex ea fornicatione patiuntur. Et hinc eſt, quod quamvis n. 16. dixerim per eam conditionem, appoſitam a conſanguineis ipſius uxoris, non excludi ſecundas nuptias: at dicendum eſt per eam excludi unicam fornicationem, ſicut quando a viro apponitur. Et ratio diſcriminis eſt aperta. Quod illi non offendantur tranſitu viduæ ad ſecundas nuptias. Imo illum amant, ut propagetur familia, & caveatur vita ejus inhoneſta. At ejus fornicationem valde deteſtantur, utpote, quæ in eorum dedecus redundat. Et amplius confi. quia nullus ſanæ mentis perſuadere ſibi poterit, virum ac ceteros, qui ex viduæ fornicatione exhonorantur, ac injuria gravi afficiuntur, dum expreſſa conditione petunt in legato vitam viduæ caſtam, & honeſtam, ſolum petere ne ſit meretrix. Tandem, quia a proprietate ſermonis cogit quandoque recedere gravitas rei. Ut conſtat ex *l. Mariti 29.verſ Qui quæſtum, ff. ad l. Juliam, de adult.* ubi deciditur, virum, qui ſive ſæpius ſive ſemel permiſerit uxoris adulterium ob receptum pretium, dici quæſtum facere ex adulterio, nec a pœnis hujuſmodi quæſtus eximi: quamvis proprie quæſtum ex adulterio facere ille ſolus exiſtimandus ſit, qui ob pretium patitur uxorem meretricio more adulterari. Et ſubdit rationem textus his verbis, *Nec enim mediocriter delinquit, qui lenocinium in uxore exercet*. Cum ergo ſit graviſſima viri, & conſanguineorum utriuſque conjugis injuria, ea fornicatio viduæ, recedendum eſt a proprietate illorum verborum, caſte, & honeſte vivere, quæ habitum important: & dicendum eſt violari eam conditionem unica fornicatione. Eo vel maxime, quod ibi agebatur de pœna legali, & graviſſima: hic autem de non reportando lucro legati, ex præſumpta teſtatoris mente. Poſterior autem pars, nimirum, non perdi id legatum per unicam fornicationem, quando conditio apponitur ab extraneo, inde perſuadetur. Quod proprie non dicatur viduam inhoneſtam, & impudicam vitam agere ob unicam fornicationem (ut ſatis probant adducta nu. 31.) unde attenta proprietate verborum conditionis, ea non violatur unico actu. Nec ſit aliquod indicium, unde conjici poſſit contraria teſtatoris voluntas. Et huic diſtinctioni ſatis favet *Præpoſ.c. Micena nu. 4. diſt.* 31. ubi dicens legatum mulieri relictum ſub conditione caſtæ, & honeſtæ vitæ traducendæ non amitti tranſeundo ad ſecundas nuptias, limitat niſi conditio apponeretur a marito vel filiis, nam cum aliqualiter tales ex ſecundis nuptiis lædantur, dicit intelligi tunc conditionem, ſi alteri non nupſerit, vel aliter corpus ſuum non corruperit. Atque ita videtur ſentire eſſe ſpeciale in iis, qui ex ſecundis nuptiis vel ex fornicatione viduæ offenduntur, ut ea conditio per tales nuptias aut per unicam fornicationem deficiat.

34 Hinc infero, uxorem legantem viro ſub conditione caſte, & honeſte vivendi, non amitti id legatum ob unicam viri fornicationem, ſed quando carnis vitiis ita deditus fuerit, ut merito ejus vita impudica, & inhoneſta appellari valeat. Et idem a fortiori dicendum erit, ſi a conſanguineis viri vel uxoris, vel a quocumque id legatum relinquatur. Ducor, quod nec uxor nec alii ex ea viri fornicatione exhonorentur, nec nota aliqua ſpeciali afficiantur: & ideo nil eſt quod a proprietate verborum cogat nos recedere. Sicut quando legatum fit ſub ea conditione feminæ.

35 Secundo deducitur, id legatum ſemel perditum ob fornicationem, aut vitam inhoneſtam, contra conditionem in legato appoſitam; minime recuperari ad meliorem frugem redeundo. Sicut non recuperatur legatum ſub conditione non nubendi relictum, adveniente viduitate. Quod cum jam vere defecerit conditio, expirarit legatum. Sicut tradunt *Bald.leg.pen.in princ.n.un.ff.de excuſat.tutorum, Berojus conſ.30.n.2.vol.2. Berta. in ſuo repert.lit.V. verb. Uxor uſufructuaria, verſ.Uxor uſufructuaria donec caſte, Menochius de præſump. l.4.præſ.188.n.12. Simon.de Prætis de interpr. ult. vol. l.1. interpr. 1. circa legata, dub.10. n.* 114. Qui bene addit non reviviſcere actionem ad id legatum, ingrediendo religionem.

36 Tertio deducitur, quid ſentiendum ſit de legato annuo relicto, ut quotannis diſtribuatur ad collocandas in matr. feminas honeſtæ vitæ, ſeu honeſtas: non explicando, ut ſint virgines. Videtur enim juxta dicta num. 33. diſtinguendum, an id legatum relinquatur conſanguineis ex teſtatoris familia, an abſolute quibuſcumque feminis: ut in priori caſu excludatur ex præſumpta teſtatoris voluntate conſanguinea ſemel fornicata, quamvis attenta verborum proprietate non poſſit ob unicum actum appellari inhoneſta, aut vitæ inhoneſtæ: in poſteriori autem, minime: ſed quando habitum inhoneſte vivendi imbibit. Quod tunc proprietate verborum ſtandum ſit: cum nil occurrat, ex quo teſtatoris voluntas conjici poſſit contraria verborum proprietati. Sicut ratione conſanguinitatis eſt in priori caſu conjectura contrariæ voluntatis. Verum re attentius conſiderata, exiſtimo in utroque eventu non eſſe recedendum a verborum proprietate: & ſic poſſe diſtribui feminæ, quamvis conſanguineæ, quæ ſemel vel iterum fornicationem admiſit. Ducor, quod id legatum non relictum ſit alicui ſpeciali conſanguineæ, ut vel ſic conjiciamus teſtatorem deſideraſſe in ea ſpecialem quamdam honeſtatem, & pudicitiam, & proſpiciendo honori ſuæ proſapiæ: ſed conſanguineis in perpetuum, quæ jam ultra quartum gradum habentur, ut extraneæ, nec fornicatio earum redundat in dedecus teſtatoris, aut ejus familiæ: atque ita non videtur ſpecialis caſtitas peti in conſanguineis, præ extraneis. Adde conſanguineas in eo legato ſolum jus prælationis habere: nam ipſis deficientibus, eſt diſtribuendum extraneis. Et ſubinde cum ſub eiſdem verbis legatum relictum ſit, non videtur major caſtitas exigi in conſanguineis, quam in extraneis ad id legatum obtinendum.

37 Ad argum. 1. ſent num.31. propoſita conſtat ex dictis nu. 33.

Ea

Ea enim probant attenta verborum proprietate, illa verba, caſte & honeſte vivere, importare habitum: at ab ea receditur quandoque ex conjecta teſtatoris mente. Ad 1. & confirm. ex propoſitis n. 32. dic ea nomina verbalia, quoad affectum puniendi delictum in foro externo, unico actu contenta eſt. Quod leges unicum delictum intendant punire ob damnum reipublicæ inde illatum. Præterea quædam verba inveniuntur, quæ in communi concipiendi modo ſolum unicum actum poſtulant, ut vere homicida, Sodomita, raptor virginis quiſpiam dicitur, ſi vel ſemel id delictum perpetrarit: at quis dicet hominem mendacem, quod ſemel mentitus ſit, aut avarum, ob unicum avaritiæ actum, aut inhoneſtum, turpiterve viventem, ob fornicationem ſemel admiſſam? Ad 2. cum ſua confir. dic, ex ſubjecta materia manifeſtam eſſe intentionem exigentium illam promiſſionem, & emittentium, obligare ad omnimodam caſtitatem: quamvis verba proprie non illam important: atque ita in dubio judicarem de vovente victurum ſe caſte, ubi nil de ejus intentione conſtare poſſet. Quia in materia voti ſic communiter ea verba concipiuntur, ut plena caſtitas Deo offeratur. At in legatis non eſt ea communis conceptio, niſi conjecturæ mentis teſtatoris aliud ſuadent. Ad 3. cum confirm. dic eos Doctores non ita ſermonis proprietatem attendiſſe, dum hæc confundunt, atqui quoad illum effectum, de quo erat ſermo, vere confunduntur. Quia donatis vel legatis a viro, & tutela filiorum, ob unicam fornicationem privatur vidua, ſicut per vitam luxurioſam (ut probavimus diſput. præced. num. 2. & 15.) Atque ita quando verborum proprietatem, & rigorem attenderunt, conſtituerunt differentiam inter vivere luxurioſe, & ſemel fornicari (ut conſtat ex dictis diſp. præced. num. 8.) Ad 4. dic, leges exprimere verba unicum actum importantia: qualia non exprimuntur in prædicto legato. Præterea loquuntur de fornicatione viduæ, quæ iniuria priorem virum afficit: in quo eventu nos quoque faſſi ſumus num. 33. amitti id legatum ex conjecta teſtatoris mente. Ad confir. dic, verba teſtatoris loquentis in eodem caſu legis, ut quando vir legat uxori, intelligi inſtar legis, atque ita de unico actu. Præterea id eſt verum, quando ſunt eadem verba teſtatoris & legis. Secus autem eſt, quando lex verbis unicum actum importantibus utitur: verba autem teſtatoris habitum indicant. Ad 5. & 6. dic, contrarium eſſe multo verius ut in locis ibi allegatis probavimus. Ad 7. dic, non importare eſſe caſtam qualitercumque, ſed per modum habitus, cui non repugnat unus aut alter lapſus. Ad 8. dic, nullatenus ibi ſermonem eſſe de vita ipſius mariti pudica in ſe, nam quantumvis impudicitiis deditus ſit, poteſt criminaliter uxorem de adulterio accuſare. Sed tamen denegat lex actionem viro, qui leno eſt uxoris, turpitudini ejus aſſenſum præſtans: ad quod, ſicut ad cetera delicta per leges punienda, ſatis eſt unicus actus. Et in ſolut. ad 1. diximus. Ad 9. & 10. dic, nil probare contra noſtram ſententiam. Quia reſpectu viri legantis fatemur inhoneſte vivere feminam viduam ſemel fornicantem. Ad ultimum dic, nil ad rem facere: tantum enim eſt ſermo ibi de ſecundis nuptiis impune concedendis, ne vidua incontinentiæ periculum ſubeat: ita ſenſus eſt, ſi ſecundæ nuptiæ viduis interdicantur, difficile caſte vivent, ſed in fornicationes incident. Ut explicat *ibi gl. verb. Non licet. & verb. Vivere*: & ita non ſint in verbis vis aliqua, an luxuriari importat unicum actum, necne: & vivere caſte, habitum.

S U M M A R I U M.

An legatum ſub conditione caſte, & honeſte vivendi amittatur per amplexus, ac alios tactus impudicos? Refertur duplex opinio, n. 38. 39.
Proponitur ſententia Auctoris, 40.
Poſt num. 40. *invenies alia ſummaria.*

38 QUæſtio III. An legatum ſub conditione caſte, & honeſte vivendi amittatur a femina amplexus virorum aut tactus impudicos patienti. Quidam cenſent id legatum amitti. Quod non dicatur vita caſta hujus mulieris. Et confirm. quia multi DD. & non penitendi cenſent adeo hos amplexus adverſari caſtitati, ut præſtent juſtam divortii cauſam, ac privandi viduam dote, inſtar adulterii. Quos referam l. 10. diſp. 4. n. 11. Item quia ſaltem ſi vir leget, intelligitur legatum de omnimoda caſtitate (ut probavimus n. 16.) & ideo diximus ibi excludi ſecundas nuptias. Cum tamen hæ minus caſtitati repugnent, quam tactus libdinoſi. Et ideo hujus ſent. ſunt *Bald. conſ.207.num.1.& 2. vol.4. Angel. de Gambellion. tr. de teſt.gl.46,num.4. Paul.a Montepico, l. Titia, §. Titia cum nuberet. q.64. nu.164.ff.de legat. 2. Anton. de Prato inter conſilia diverſorum Doct. ad ult. volumen, conſ.136.num.32.& ſeqq. l.1. Covar. 4. decr. 2. p. cap.7. §.6. num.3. fin. Mantica de conject.ult. vol. l.11. t. 19. num.34. Menoch. de præſump. l.5. præſ. 41. num.38. Salzedo add. ad Bernard. Diaz. reg.216. in fin. Cenedo collect.154. ad decretales, num.9. in fin. & num.10. Lara l. Si quis a liberis, §. Si quis ex his, n.147. ff. de liber. agnoſc. Graffius 1. p. dec. l.2. cap.11. num.58. Manue. 1. tom. ſum. 2. edit. c.99. num.*1. & videtur eam tenere *Emm. Sa ſum. verb. Legatum, num.* 43. hanc enim ſenten. refert in ultimo loco. Et omnes hi DD. generaliter loquuntur, præter *Manuelem* loquentem de viro leganti uxori.

39 Aliis placet, id legatum non amitti fracta caſtitate mente, verbo, vel alio actu laſcivo præter copulam. Quia etſi tales tactus libidinoſi ſint contrarii pudicitiæ, & caſtitati viduali, at cum non ſint actus conſummati in genere impudicitiæ, ſed inchoati & prævii, non denominant feminam ſimpliciter impudicam, ſed inchoative. Inſuper probari poteſt per ea, quæ afferam l. 10. diſp. 4. nu. 12. ad probandum pœnam amiſſionis dotis non incurri per amplexus, & tactus impudicos, ſicut per adulterium. Atque hujus ſententiæ eſt *Nav. ſum. lat. cap.32.n.62. ſtatim in princ. & Hiſp. cap.* 28. *addit. ad n.67. c.23.* & expreſſe loquitur in viro legante uxori ſub prædicta conditione.

40 At placet media ſent. quam amplectitur *Lud. Lop.* 1. *p. inſtr. c.* 293. *col.* 13. nimirum, id legatum non perdi per unicum vel alium actum hujuſmodi laſcivum: ob rationem traditam n. præc. in quo caſu ea ſententia eſt vera. Secus quando toties femina in hos tactus labitur, ut arbitrio boni viri poſſit ea femina dici impudica, ac inhoneſte vivens. Et in hoc caſu admitto priorem ſent. relatam n. 38. Nec obſtat nos dixiſſe n. 33. id legatum a viro aut conſanguineis utriuſque conjugis relictum amitti per unam fornicationem. Quia cum illa ſit actus perfectus, denominat feminam ſimpliciter impudicam. Et ex his conſtat ſolutio ad argumenta n. 38. propoſita.

S U M M A R I U M.

An legatum relictum ſub conditione non tranſeundi ad ſecundas nuptias amittatur per fornicationem? Refertur quædam opinio, num. 41.
Proponitur ſententia Auctoris, 42.
An amittatur, ſi matrimonium ſit irritum, 43.
An per ſponſalia perdatur, 44.
Quid, ſi matrimonium non ſit conſummatum, 45.
An relictum uxori a viro ſi vitam vidualem ſervaverit, conſequatur ea vidua religionem ingrediens, 46.
Poſt num. 46. *invenies alia ſummaria.*

41 QUæſtio IV. Utrum legatum relictum ſub conditione non tranſeundi ad ſecundas nuptias, amittatur per fornicationem: aut quando poſteriores nuptiæ irritæ ſunt, aut non conſummatæ? Quibuſdam placet circa primam partem hujus diſp. id legatum perdi per fornicationem Prob. 1. quod vidua fornicans ſubdatur omnibus pœnis ſecundarum nuptiarum, ne plus faveatur luxuriæ, quam caſtitati, (ut late diximus diſp. præc. n. 2. & 7.) Et confirm. quia ob hanc rationem, ne, ſcilicet, plus poſſit luxuria, quam caſtitas, defendunt *Boerius dec. 33. n. 12. verſ. Et per quam rationem*, & multis citatis *Tiraquel. de nobilit. c. 18. nu. 13. Matienzo lib. 5. recop. t. 9. l. 5. gl. 8. n.* 14. leges privantes viduam ſecundo nubentem, domicilio, favoribus, ac privilegiis viri, extendi ad viduam fornicantem. Et *Bald. l. His ſolis, 7. nu. 3. C. de revoc. donat.* ait ſtatutum puniens matrem tranſeuntem ad ſecunda vota, extendi ad committentem ſtuprum: eo quod hæc multo magis offendit. Secundo, quia ſaltem id legatum ſic relictum a viro amittatur ex præſumpta ipſius mente: utpote, qui omnimodam in uxore caſtitatem petit, (ut n. 16. probavimus.) Et ideo hanc partem ſuſtinent *Acoſta l. Cum tale, §. Si arbitratu, in fi. n. 25. & n. 30. ff. de condit. & demonſtrat. Cenedo collectan. 135. ad decret. n. 9.*

42 At probabilius reputo id legatum non perdi fornicando, quamvis a marito relictum ſit. Quia ſub prohibitione ſecundarum nuptiarum minime continetur fornicatio. Et licet pœnæ ſecundo nubentibus impoſitæ extendantur ad fornicantes, id procedit poſt judicis ſententiam in fornicationis pœnam: (ut probavi diſp. præced. n. 11.) Non ergo vidua hæc fornicans amittit id legatum, donec judicis ſententia in pœnam privetur. Quare caute *Anch. c. Uxoratus, n. 2. de converſ. conjug.* dixit viduam hanc debere privari legato: & non dixit eo ipſo illud amittere. Secundo, quia licet maritus teſtans velit omnimodam uxoris caſtitatem, at ſub verbis prohibentibus ſecundas nuptias non comprehenditur omnimoda caſtitas. Sicut vovens ſe non initurum matr. quantumcumque ad caſtitatem affectus ſit, non tenetur ad illam ex vi hujus voti. Quare voluntas ea mariti cenſebitur ſola mente retenta: ac proinde non tranſibit in diſpoſitionem: utpote quæ ex verbis ipſius non deducitur. Juxta ea, quæ notavi diſp. præced. n. 11. Unde non eſt ſimile, quando legatum eſt a viro relictum uxori, ſub conditione caſte, & honeſte vivendi. Quod ea verba ad nuptias etiam prohibendas apta ſint. Ut contingit in vovente caſtitatem. Tandem, quia cum privatio hæc quamdam pœnæ rationem ſubeat, potius coarctanda quam extendenda. Et ideo hanc partem tuentur *Nav. ſum. c. 25. num. 65. Ant. Bernard. in ſua ſum. cap. 18. num.* 94. Et ex dictis conſtat ad argumenta numero præcedenti propoſita.

43 Circa ſecundam partem, nimirum, an amittatur id legatum; quando poſteriores nuptiæ ſunt irritæ? Partem affirmantem ſuadet doctrina *Bermondi de publicis concubinariis, §. De adulterio, n. 45. & ſeq.* ubi uxorem relictam uſufructuariam, ſi vitam vidualem ſervaverit, dicit amittere legatum, ſi nubat ſacerdoti,

quam-

quamvis matrimonium ſit nullum. Quod non debeat plus operari incontinentia, quam caſtitas, quæ in ſecundis nuptiis reperitur. Et doctrina Pauli, & Jaſonis, quam retuli *diſp.87.n.29. in fine*. Et doctrina aſſerens per matrim. incurri pœnas, quam retuli eadem *diſp.87.n.18*. At credo in foro conſcientiæ non amitti id legatum, donec judicis ſententia privans in pœnam accedat. Ducor, quod conditio non vere violata ſit: cum revera ſecundæ nuptiæ contractæ minime ſint. Nec præſtat impedimentum, quod de jure non ſortitur effectum, *reg. Non præſtat, de reg. juris, in 6*. Et quod vitioſe factum eſt, videtur quaſi non factum, *l. Quoties, ff. qui ſatiſdare cogantur, l. 4. §. Condemnatum, ff. de re judicata*. Nec obſtat, non plus tribuendum eſſe luxuriæ, quam caſtis nuptiis. Quia hoc ad fori externi pœnam judicis ſententia indigentem pertinere diximus diſp. præc. n. 11.

44 Circa ultimam diſp. partem, nempe, an id legatum amittatur, ſi 2. illæ nuptiæ non ſint conſummatæ id certum videtur non amitti per ſponſalia de futuro. Quod cum tunc nondum ſit ſecundum matr. initum, minime defecerit conditio adjecta legato non tranſeundi ad ſecundas nuptias. Nec diſpoſitum in matrimonio, quoad pœnam ex eo incurrendam, procedit in ſponſalibus (ut probavi l. 1. diſput. 12.) Nec obſtat *l. Oratio, ff. de ſponſa.* decidens diſpoſitum in matrim. cenſeri quoque in ſponſalibus: & illo prohibito hæc quoque prohiberi. Quia id non procedit quoad pœnam. Nec etiam obſtat proxime accingendum haberi pro accincto, *l. Si pecuniam, ff. de conditione ob cauſam*. Quippe id eſt per quamdam fictionem: atque ita in ſolis caſibus jure expreſſis habet locum: nec fiet extenſio de ſimilibus ad ſimilia. Nam fictio juris non extenditur de ſimilibus ad ſimilia, *l. Genero*, juncta *l. Quoniam ff. de his, qui notantur infamia*. Et ſic tenent late probans *Beroi toto conſ.31. vol.2. Simon de Prætis de interpret. ult. vol. 1. interp.1. circa legata, dub. 10. n. 116*.

45 Quando vero 2. matr. per verba de præſenti conſummatum copula non eſt: videtur id legatum amitti. Quod jam non ſit paritum conditioni abſtinendi a ſecundis nuptiis. At in contrarium facit, quod diximus diſp. 87. n. 19. ubi probavimus per matrim. non conſummatum minime incurri pœnas. Et ita ſentio. Quod nondum perfecte, & conſummate receſſum ſit a teſtatoris voluntate.

46 Id demum obſervandum eſt. Legatum feminæ a viro, vel a quocumque relictum, quamdiu vitam vidualem ſervaverit, non extingui, femina ingrediente religionem. Quod per id ſpirituale cum Chriſto matr. minime ceſſet vita vidualis: imo plenius voluntati teſtatoris paritum ſit. *Auth. cui relictum, c non princ. C. de indic. viduit.* Sic *Bal. l. Deo in nobis in princ. fi. 9. n. C. de Epiſc. & cler. Jaſon. l. fin. C. de indicta viduit. Gulie. Bened. c. Raynutius, de teſt. verb. Qui cum alia, num.172. Paul. a Montepico l. Titia, §. Titia cum nuberet, q. 65. num.167. ff. de leg.2. Bertach. in ſuo repert. lit. L. verb. Legatum condit. ver. Legatum uxori ſub conditione, Cremenſis ſing.152. Simon de Prætis de interp. ult. vol. l.1. interp.1. circa legata, dub.10. n.127.* bene addens deberi quoque alimenta illi a viro relicta ſub ea conditione, ſi vidua permanſerit.

S U M M A R I U M.

An legatum conjugi a conjuge relictum, quamdiu cum filiis commoratus fuerit, amittatur per ſecundas nuptias? Refertur opinio, n. 47.
Proponitur Auctoris ſententia, 48.
Quid, ſi filiis jam defunctis tranſeat ad ſecundas, 49.
An legatum habitationis abſolute relictum a viro uxori, ceſſet ea ſecundo nubente? 50.
Quid, ſi relictum ſit, dum ſteterit in domo viri, 51.
An legatum relictum alicui dum ſteterit cum uxore teſtatoris, perdatur ſi diſcedat, uxore ſecunda nupta 52.
Satisfit argumentis, 53.
Poſt n. 53. invenies cetera ſummaria, quæ deſiderantur.

47 Quæſtio V. An legatum conjugi a conjuge relictum quamdiu cum filiis conjugis legantis commoratus fuerit, amittatur, ſi conjux ſuperſtes ad ſecundas nuptias migret, velitque cum prædictis filiis habitare? Quidam aſſerunt id legatum non amitti. Quod tranſitus ille ad nuptias minime impediat pareri conditioni appoſitæ: ac tranſiens parere velit. Quod ſi filii renuant, ipſorum culpæ imputabitur, in eorumque damnum cedet. Secundo prob. ex *l. Ceterum, 4. verſ. Quid ergo viduæ, junct. verſ. Mulieri, ff. de uſu & habitatione*, nam poſtquam *verſ. Mulieri*, dixit *Juriſconſultus*, uſu relicto mulieri, poſſe eam cum marito habitare: *ſtatim, verſ. Quid ergo*, ſic ait: *Quid ergo, ſi viduæ legatus ſit: an nuptiis contractis poſt uſum conſtitutum, mulier habitare cum marito poſſit: Et verum eſt poſſe eam cum viro, & poſtea nubente, habitare*. Hujus ſent. videtur expreſſe *gloſ. l. Cum tale, verb. Sententia, ff. de cond. & demonſtr.* ait enim per hanc conditionem, ſi a filiis non diſceſſerit minime induci viduitatem. Quod idem docent *Barth. & Paulus ibi ſtatim in princ.* ubi ex prædicta *gloſſæ* doctrina concludunt, non eo ipſo quod conjux viduus ſecundis nuptiis copulatur, videri eum, cui ſic legatum eſt, a liberis diſcedere. *Idem Paulus l. Si vir uxori, §. Cum vir, n.1. ff. eod. t.* Idem tenet. *Imola d. l. Cum tale, in princ. n.1. verſ. Et per prædicta*, unde concludit fore, ut non perdat legatum, ſi non ſtaret per mulierem, vel ejus virum quominus liberi ſecum commorarentur. Idem videtur tenere *Oldrad. conſ.214. n. un.* dum vult hanc mulierem ſecundo nuptam, & cum poſteriori viro habitantem, amittere hoc legatum: quaſi ſentiat ſecus fore, ſi habitaret cum filiis, vel per eos ſtaret. Idem videtur velle *Salycetus l.1. n.4. C. de legatis*, ubi ait conſulendum tunc eſſe filiis, ne matrem expellerent: ne tunc per filios videatur ſtetiſſe: ſed ut ſolum maritum expellant: & tunc mater ex debito ſequetur virum, ac legatum perdet: nec filiis imputari poterit matris receſſus. Eamdem ſententiam ſuſtinent *Angelus de Gambellionib. tr. de teſt. gl.20. num.2.* (habetur t. 8. tract. p. 1.) *Lara leg. Si quis a liberis, §. Si quis ex his, num.196. & 197. ff. de lib. agnoſc.*

49 Quamvis autem præcedens ſent. ſit ſatis probabilis, contrariam reputo probabiliorem, nimirum, per ea verba cenſeri interdictas ſecundas nuptias: atque adeo viduam ad eas tranſeuntem amittere id legatum. Quod filii habeant tunc juſtam divertendi a matris habitatione cauſam, utpote, quæ eis ſuſpecta eſt. Quare per filios non ſtat. Deinde quia dum vir reliquit alimenta uxori habitando cum filiis, videtur filiorum educationi proſpicere. Et ideo hujus ſent. eſt *Oldrad. n. præc. relatus*, ideo enim dixit habitantem cum marito, quaſi ſupponens id ita futurum, juxta ſuam obligationem, ac tunc juſtam recedendi cauſam eſſe filiis: Et ita eum intelligunt, & pro hac ſent. referunt *Præpoſ. & Pariſius*, quos ſtatim referam. Eamdem ſuſtinent *l. Bald.1. n. un. C. ubi pupilli educari debeant, & l.1. in fin. C. de legatis, & ibi Ang. Jaſ. ibi n.5. Præpoſ. cap. fin. de ſecund. nupt. col. pen. num.4. verſ. Sed quid ſi relinquat. Pariſius add. ad Bart. l. Mulier §. Cum proponeretur add. pen. ff. ad Trebellian. Alex. add. ad eumdem Bart. l. Qui concubinam, Uxori, verb. eo anno, ff. de leg.3. Ripa l. Feminæ, in princ. in nova edit. quæſtiun.21. nu.57. C. de 2. nup. Guilie. Benedict. cap. Raynutius, de teſt. ver. Qui cum alia num. 170. Garronis rubr. C. de 2. nup. in nova edit. pœna 15. n.33. Paulus de Montepico l. Titiæ, §. Titia cum nuberet, num.164. qu. 64. ff. de legat. 2. Vitalis de Cambanis in tractatu de clauſulis, clauſ. renuntiavit omnib. bonis paternis, & maternis, §. Sed an juri alimentorum, Bertach. in ſuo repertorio, littera V. verb. Vidua, verſ. Vidua legataria ſi ſtabit in domo viri. Et v. Uxor ſecundo nubit, v. Uxor ſecundo nubens, Jo: Lup. l.15. Tauri, n.5. & ibi Caſtillo paulo poſt princ. verſ. idem ſi maritus, Gom. Arias l.13. Taur. n.1. Matienzo lib.5. recop. t.1. l.3. gl.2. nu.18.* referens *Ferrarienſem in ſua practica, Spino Speculo teſt. gl.14. in principali, n.104.* Atque idem dicendum eſt, uxore legante viro ſub eadem conditione. Cum filiis juſta ſit divertendi cauſa ob timorem odii novercæ. Ita *Guliel. Bened. Jo: Lupus, Caſtillo, Gomez Arias, proxime allegati*.

50 Quod ſi tamen ſuperſtitibus filiis mater ſemper cum eis vita viduali ſervata habitarit, non amittet id legatum, quamvis eis vita functis ad ſecundas tranſierit nuptias. Quod id legatum relictum ſit contemplatione ipſius uxoris, & liberorum, atque horum mors ſuperveniens impedierit, ne poſſit ſtare cum eis. Nec nocet ei tranſitus ad alias nuptias, cum ſolum interdictus ſit conjugi ſuperſtiti, quatenus ei obſtaculo erat ad habitandum cum filiis. Sic *Garronis rubr. Cod. de ſecund. nupt. pœna 13. n. 34. in nova edit.*

51 Imo legatum habitationis abſolute relictum a viro uxori, extinguitur ea ſecundo nubente. Quod per novas nuptias ceſſet memoria mariti. Sic *Alberic.* quem refert ac ſequitur *Gre. Lop. l.21. v. Ele ſu muger, t.31. p.3. Perez lib.5. Ord t.2. l.1. f.115. p.1.* Nec obſtat *gl. inſt. de uſu & habit §. Item de his qui*, ubi textus ait: *Et convenienter ſi ad mulierem uſus ædium pertineat, cum marito ei habitare liceat*. Ubi *gl. verb. cum marito*, ait præſenti & futuro. Quia (inquit *Gregor. Lop.*) intelligitur, quando id legatum non eſt relictum a marito, ſed ab alio.

52 Similiter ſentiendum eſt de legato relicto a viro uxori, dum ſteterit in domo ipſius viri: intelligitur enim in vita viduali: atque ita perdetur per ſecundas nuptias. Quod jam in viri prioris domo non cenſeatur perſiſtere. Sic *Bald. l. voluntatis, n.10. C. de fideicom. Jaſon. l.1. n.5. C. de legat. Surdus de alim. tit.7. q.23. n. 22.*

53 Ex his deducitur, legato relicto alicui ſi ſteterit cum uxore teſtatoris, deberi ea vidua tranſeunte ad ſecundas nuptias. Cum jam enim deſinat vidua illa eſſe ſub priori matrimonio, ſub quo cenſebatur eſſe, ac uxor teſtatoris, dum viduitatem conſervabat: juxta *l. ult. C. de bonis matern.* jam cenſetur conditio impleta, nec ſtat per legatarium non famulari uxori teſtatoris Sic per plura probat, *allegatis Alexandro, & Socino, Simon de Prætis de interp. ult. vol. lib. 1. interp. 1. circa legata, dub. 10. n. 5.*

54 Ad argum. n. 47. propoſita reſp. Ad 1. conſtat ex dictis n. 48. Ad 2. reſp. cum *Ripa Feminæ, in princ. in nova edit. q.21. n.58. C. de ſecund. nup.* eum textum intelligi in legato habitationis facto viduæ, & ſic ab alio quam a marito: quare non adverſatur noſtræ ſententiæ.

S U M M A R I U M.

An legatum feminis maritandis poſſit dari viduis ſecundo nupturis? Refertur quædam ſententia, n. 54.
Non poteſt dari viduis maritandis, 55.
Quid ſi ea vidua prius matrim. non conſummarit: vel illud fuerit irritum, 56.

Quid,

Quid, ſi deficerent ætate nubiles feminæ nunquam nuptæ, 57.
An legatum relictum uxori nomine proprio, debeatur etiam ei, quam teſtator poſtea uxore priori mortua duxit, 58.
Quid, ſi ſub nomine appellativo relinquatur uxori, 59.
An alimenta legata uxori debeantur etiam poſteriori, 60.
An legatum feminis maritandis poſſit dari ei, quæ nondum eſt ætate nubilis, 61.
An id legatum poſſit peti ante ætatem nuptiis aptam, 62.
Legatum puellis dotandis relictum an poſſit dari jam nuptis? 63.
Quid, ſi dicatur, puellis maritandis, 64.
Quid, ſi certæ puellæ maritandæ, & illa ſit jam maritata, 65.
Quid, ſi conſanguineis maritandis, & quædam ſit maritata, 66.
An legatum cuidam maritandæ relictum, debeatur quoad reſiduum, quando poſtea teſtator eam minori ſumma data in matr. collocavit, 67.
An legatum feminis maritandis relictum, poſſit dari ingredientibus religionem, 68.

54 Quæſtio ultima. Quibus poſſit conferri legatum maritandis feminis relictum? Et 1. quidam aſſerunt poſſe conferri viduis ſecundo nupturis. Sic videtur docere *gl. cap. Aperiant, verb. Trigamus 31. q.2.* ubi ait per nuptias non ſolas primas, ſed ulteriores deſignari: & ſic eſſe argum. contra *l. Boves, §. Hoc ſermone, ff. de verb. ſignif.* Idem videtur tenere *Ripa rub. C. de ſecund. nup. in nova edit. n.4. & 5. verſ.* contrarium determinat, ubi dicit recurrendum ad conjecturas voluntatis teſtatoris, & ſi ea non magis primis, quam ſecundis nuptiis adaptari poſſit, poſſe id legatum ejuſmodi viduis dari. Ubi aperte ſentit poſſe abſolute dari, niſi conjecturæ voluntatis teſtatoris ſuadeant eum de primis ſolis intellexiſſe. Et *Decius rub. C. de ſecund. nup n.3.* dicit ex proprietate ſermonis poſſe in eo legato comprehendi viduas: ſecus ex veriſimili teſtatoris mente. Et *Sylv. verb. Legatum, 1. q.5. n.9.* ait poſſe id legatum dari ſecundo nubentibus, non autem ad ulteriores nuptias tranſeuntibus.

55 At multo verior ſent. & omnino tenenda docet, id legatum non poſſe conferri viduis ſecundo nubentibus. Quod ea teſtatoris verba de ſolis primis nuptiis intelligantur. Ut conſtat ex *l. Boves §. Hoc ſermone ff. de verb. ſign* ibi: *Hoc ſermone dum nupta erit, primæ nuptiæ ſignificantur*. Et ita hanc partem ſuſtinent *Bald. in proœm. dec. n.25. Præpoſ. rubr. de ſponſ. n.14. Jaſon l. Duobus, §. Si ei qui n.2. ff. de jurejur. Guliel. Bened. c. Rainutius, de teſt. verb. Qui cum alia n.79. Garronis rubr. C. de ſecund. nup. in nova edit. n.5. Tiraq.* multis citatis *d. §. Hoc ſermone in pr. n.111. Roſella verb. Adulterium, n.6. Mantica de conject. ult. vol. l.8. t.5. n. 21.*

56 Hoc tamen temperandum eſt, niſi vidua nuptura prius matr. minime conſummavit: tunc enim poteſt capere id legatum. Quod perinde ſit, ac ſi nunquam nupſiſſet: ut enim bene ait *Ripa rubr. C. de ſecund. nup. n.15. verſ. Sed an dicatur, in nova editione*, quamvis attento verborum rigore dicatur viduam hanc binas contraxiſſe nuptias: at ſecus ſe habet quoad effectum nuptiarum. Et ita quamvis conditio non nubendi admittatur in vidua, *auth. Cui relictum, C. de indicta vidui* ac omnes intelligunt, quando prius matr. conſummavit. Et ideo hanc limitationem amplectuntur *Decius rubr. C. de ſecund. nupt. n.4. Et ibi Garron. in nova edit. n.5.* Similiter temperarem, niſi prius matr. irritum fuerit. Quod ex dictis n.43. probari poteſt. Deinde, quia re vera ea non eſt vidua, & primas contrahit nuptias.

57 Deinde temperandum eſt, niſi nullæ eſſent feminæ ætate nubiles, quibus poſſet id legatum impertiri: tunc enim ex veriſimili teſtatoris mente, ne opus pium differatur, poteſt conferri viduis. Quia (ut dicam n. 61.) non poteſt id legatum dari feminæ, quæ non eſt ætate nubili. Sic *Garron. rub. C. de ſecund. nupt. in nova edit. n.5.*

58 Hinc infertur deciſio illius quæſt. An legatum relictum a viro uxori, debeatur ſecundæ, quam poſt teſtamentum priori defuncta duxit? Qua in re manifeſtum eſt non deberi ſecundæ, quando proprio nomine expreſſo legavit primæ. Ut lego uxori meæ Mariæ. Quod tunc apertum ſit indicium affectionis ad ſingularem illam perſonam. Et ita docet alios referens *Menoch. de præſumpt. l.4. præſump.122. n.14.* Quia aliis relatis hoc limitat *n. 15.* niſi poſteriori uxori nomen prioris impoſuiſſet. Tunc enim cenſeretur loco prioris ſubrogata per text. *l. Filiæ, ult. ff. de condit. & demonſt.* Quia translatio nominis ſignificat eamdem affectionem, & animi benevolentiam prioris ad poſteriorem eſſe translatam.

59 At difficultas eſt, quando ſub nomine appellativo legatum relictum eſt. Ut lego uxori meæ. Quidam enim ajunt, & quidam negant deberi poſteriori. Quos referunt *Cov. de teſt. cap. Requiſiſti n.3. & Mantica de conject. ult. vol. l.8. t.15. n.1. & 2. & Menoch. de præſump. l.4. præſump. 122. nu. 8.* & ipſe ſuſtinet *n.11. & 12.* deberi poſteriori uxori. Quod affectio ad eam, cui tempore teſtamenti teſtator conjugatus erat, transferatur ad poſtmodum ductam: atque ita cum legatum non ſit revocatum, ei debebitur. Verum quamvis hoc ſit ſatis probabile: at placet concordia, quam ex aliis Doctoribus referunt ac ſequuntur *Cov. eod. n. 3. & Mantica n. 3.* nempe ſi teſtator conjugatus erat tempore teſtamenti, intelligitur id legatum de ſola uxore præſenti. Quippe teſtator duci potuit, ac ductus præſumitur ob ſpecialem erga præſentem uxorem affectum, ejuſque merita. Si autem tunc minime conjugatus eſſet debebitur cuicumque uxori, quam tempore mortis teſtator habebat. Quod hic actus ſit favorabilis, ceſſetque conjectura illa ſingularis affectionis ac meritorum: ac propterea legatum intelligitur relictum ex ſola generali maritali affectione: quæ in quacumque uxore locum habet.

60 Temperandum autem eſt, non deberi poſteriori uxori, quando ſub nomine appellativo relictum eſt, ac teſtator eo tempore ſoluto matr. erat: ut intelligatur, niſi id quod relinquitur uxori ſit etiam favorabile, quale eſt alimentorum legatum: tunc enim concurrente duplici favore, ſcilicet ultimæ voluntatis, & ipſius rei legatæ, de quacumque uxore videtur teſtator intellexiſſe. Ita *alleg. Alex. & Socino* ſuſtinet *Barb. l. Divortio §.8. quod in anno 10. ff. ſol. matr.*

61 Id etiam monuerim, legatum maritandis non poſſe conferri niſi feminis, quæ ſunt ætate nubiles: nimirum, 12. annos natæ. Quod tunc nequeat impleri cauſa finalis ejus diſpoſitionis, argumento, *l. Nec ſemel, §. Si inhabitat. ff. quando dies legat. cedat*. Poteſt etiam hoc ex communi doctrina comprobari, quæ habet, patrono non integrum eſſe præſentare ad beneficia, niſi eum, qui tempore præſentationis idoneus eſt, ac qualitates petitas habet. Et ita docent *Bal. l. Sancimas, fi. D. de nuptiis. Garron. rub. C. de ſecund. nup. in nova edit. n. 5.* dicens ita communiter ſentire Doctores, id tamen bene militat *Bal.* niſi legatum relictum eſſet pro certa perſona maritanda. Et ratio diſcriminis eſt: quia ubi perſonæ incertæ relinquitur legatum, debet per executores perſona idonea eligi: at quando perſona eſt certa, teſtator eam eligens reddidit habilem ad legatum obtinendum.

62 Quare legatum relictum certæ maritandæ, quæ ætate non eſt nubilis, peti nequit ante ætatem nuptiis aptam. Quippe deſideratur urgere vel inſtare cauſam ob quam legatum relictum eſt. Sic *Mantic. de conject. ult. vol. lib. 11. tit. 21. num. 5.*

63 Sed dubitatur, an legatum relictum feminis maritandis poſſit dari jam maritatis? Et quidem ſi verba teſtatoris ſic ſe habeant. Dentur mille ad puellas dotandas, poſſint conferri jam nuptis ſine dote, vel cum modica dote, quando vir ea inopia laborat, ut ſuſtinendo matrimonii onera minime ſit. Quia adhuc ſubeſt cauſa pia, & neceſſitas oneris matrimonii ſuſtinendi: & vere illud eſt dotare feminas. Ita ſentiunt *Baldus Novell. de dote 5. p. num. 12. Joan. Lupus cap. Per veſtpas, de donat. inter virum, & uxor. notabil. 3. §. 12. num. 8.*

64 Quod ſi puellis maritandis legatum relictum ſit, conferri nequit jam maritatæ. Quia vere illa puella non eſt maritanda: & ita verba legati in ea minime verificantur. Sic *Bald. l. fi. n.11. C. de ſent. quæ ſine certa quantitate. Jaſon. leg. Quominus n.113. v. Quinto pro eadem parte, ff. de fluminibus, Bal. Novellus, & Jo: Lupus n. præc. alleg. Perez leg.5. ordin. t.2. leg.1. f.89. verſ. Dubium eſt quotidianum.*

65 Majus dubium eſt, quando pro perſona certa maritanda legatum relictum eſt: & ea tempore teſtamenti erat maritata? *Mantica de conject. ult. vol. l.12. t.1. n.13.* ait, ſi quis legarit certam quantitatem ad certam feminam maritandam, & ea vivo teſtatore, ac eo inſcio nupſerit, extingui legatum, quaſi cauſa ejus ceſſante. Secus ſi teſtator nuptiarum conſcius, ac potens teſtamentum mutare, minime mutavit. Tunc enim præſumptio eſt, ipſum voluiſſe in eadem voluntate perſiſtere. Et refert *Paulum conſ. 254. in fi. vol. 1. & conſ. 148. in fi. vol.2. & Tiraq. l. Si unquam, verbo Suſceperit liberos, n. 178. C. de revocand. don. in mea edit. eſt n. 219. verſ. Huc denique ſpectat*. Et nullum aliud fundamentum, cui innitatur, affert, præter doctrinam *Bartoli l. Lucius, leg. 1. ff. de legat. 2.* Quæ omnino extra rem eſt: ac in caſu valde diverſo loquitur: nimirum, quando minori ſumma in dotem data ipſemet teſtator poſtea matrimonio eamdem puellam tradidit: tunc enim conjectura eſt, ipſum voluiſſe a priori legato recedere. Et ideo dicendum eſt, legatum pro certa perſona maritanda deberi, quamvis ea tempore teſtamenti maritata eſſet: & a fortiori, ſi poſtea nubat teſtatore ſuperſtite a (quamvis hoc ultimum DD. non explicent: ut ex ratione ipſorum aperte colligitur.) Probatur ex *l. Si jam facta, 11. ff. de cond. & demonſt.* ibi: *Si vero neſciat, præſenti die debetur*. Ex qua cum multis probat *Greg. Lop. l.21. verb. Venit, t.9. p.6.* ſufficere conditionem, per verba futuri temporis conceptam, impletam eſſe teſtatore ignorante tempore, quo actus geritur. Et ex eadem colligit *aliis relatis Cov. c. Officii n. 10. de teſtam.* cauſa legati contingere, potius confirmari, quam extingui legatum. Et ratio eſt, quia eo legato certæ perſonæ facto, ductus eſſe videtur teſtator ob ſpecialem illius affectionem: quæ cum non ceſſet, quamvis ipſa tunc nupſerit, aut vivo & ignoranti teſtatore nupſerit poſtea, non extinguitur, ſed ſtabilitur id legatum. Atque ita docent *Baldus Jaſon, Baldus Novell. Perez num. præced. allegati, Hippolyt. rub. ff. de fidejuſſoribus, num. 85. Joan. Lup. cap. Per veſtras, de donat. inter vir. & ux. notab. 3. §. 20. n. 6. Tiraq. tract. ceſſante cauſa, limitat. 18. fin. Sarmiento l.2. ſelect. c. 1. num.10. Mexia l. Toleti p. 12. fundam. 1. nu. 35. Spino ſpecul. teſtam. gl. 14. princ. num. 152. Zavallos in ſuis qu. pract. q. 138. n. 6.* & explicant *Spino, & Zavallos*, quamvis ignorante teſtatore ſit jam teſtamenti tempore conjugata. Id enim probat *l. Si jam facta*, cui hæc doctrina innititur. Et ita id clare ſentiunt reliqui allegati.

Simili-